Est ẽt (vt hoc in loco) potuʒ cũ amico sumere voluptatis grã, quod coronati amantes faciebant et cum amico absente noiato in eius memoriã bibebant. vñ Socrates apud Platonẽ inqt. Hoc poculũ Critię ꝓpino. Plura mãdatis, plura pocula sumat amator, q̃ sibi mandatũ fuerit. Bibenda putet, vidẽda in oĩbus codicibus legi, sed bibẽda emẽdate scribẽdũ fuit. Offĩm pstent, cauendã eẽ ebrietatẽ dicit, q̃ hoies amantes reddit, et titubare facit. Occidit Eurytion, Eurytus Cẽtaurus in nuptijs Pirithoi mero icaluit, et cũ3 Hippodamẽ rapuisse, a Theseo vasto cratere pstratus aiam, vinũq; euomit, vt in xij. Metamor. Ouid. cecinit. Prop. Tu quoq; o Eurytion vino Centaure peristi. Ebrietas vt vera, docet qñq; simulandam esse ebrietatem. sic alibi. Quin ẽt vt posses verbis petulantius vti, Nõ semel ebrietas est simulata mihi. Subdola lingua, ficta. Titubet, hęsitet. Blęso, balbutienti. Proteruius, petulãtius. Bene dic, bene pcãre. Velle latus, vellica latus puellę. Est autem vellicare summis digitis corpus vellere, et infestare. Quintilianus, Ex pędagogo se vellicari rñdit. a Gellio tñ ponit pro criminari, et aliques carpere, id qđ inuidi faciunt. Colloquij iam tẽpus adest, aliud pceptum affert, quo abigit timidos, et verecũdos amãtes. Audacẽ sors, sic et Tibullus, Audẽdum est, fortes adiuuat ipsa Venus. Sub no leges, nõ docebo te vti eloq̃ntia apud amici. Cupias, scite et eleganter loqui exoptes.

Eurytus Centaurus

Vellicare

Dicere, quę dici sentiat illa sibi.
Blanditiasq; leues tenui prescribere vino,
Vt dominam in mensa se legat illa tuam.
Atq; oculos oculis spectare fatentibus ignem,
Sepe tacens vocem, verbaq; vultus habet.
Fac primus rapias illius tacta labellis
Pocula, quaq; bibit parte puella, bibas.
Et quecunq; cibum digitis libauerit, illa,
Tu pete, dumq; petes, sit tibi tacta manus.
Sint etiam tua vota viro placuisse puellę,
Vtilior votis factus amicus erit.
Huic, si forte bibas, sortem concede priorem,
Huic detur capiti missa corona tuo.
Siue sit inferior, seu par, prior omnia sumat,
Ne dubites illi verba secunda loqui.
Tuta, frequẽsq; via est, ꝑ amici fallere nomen
Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.
Inde propinator nimium multa propinet,
Et sibi mandatis plura bibenda putet.
Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi.
Officium prestent, mensq;, pedesq; suum.
Iurgia pręcipue vino stimulata caueto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit Eurytion stulte data vina bibendo,
Aptior est dulci mensa, merumq; ioco.
Si vox est, canta, si mollia brachia, salta,
Et quacunq; potes dote placere, place.
Ebrietas vt vera nocet, sic ficta iuuabit,
Fac titubet blęso subdola lingua sono.
Et quicquid dices, faciesq; proteruius ęquo,
Credatur nimium causa fuisse merum.
Et bene dic dominę, bene, cũ quo dormiet illa,
Sed male sic tacita mente precare viro.
At, cum discedet mensa conuiua relicta,
Ipsa tibi accessus turba, locumq; dabit.
Insere te turbę, leuiterq; admotus eunti
Velle latus digitis, et pede tange pedem.
Colloquij iam tempus adest, fuge rustice lõge
Hinc pudor, audacẽ sors q;, Venusq; iuuant.

Est et agendum amans, oñdas quoq; te illã iur-

patientius deperire. Imitandaq; vulnera, vulnera appellat amoris ictus. Virgilius. Vulnus alit venis. Pessima sit, si sit turpissima. Imitantibus, simulantibus se amare. Animum, amantis puellę mentem. Faciem, facies enim venusta in primis laudatur in foemina, et amantes allicit.

tiones. Pauonum cibi gratia primus occidit Romę orator Hortensius adipali cęna sacerdotij. M. Aufidius Lurco saginare primus instituit, ex eo quęstu habuit reditus sestertium sexagena millia. Recondet opes, aureas pennas, versicoloresq; abscondet. Quadrupedes, sonipedes intercurrendum ornati gestiunt et gaudēt.

Non tua sub nostras veniet facundia leges,
Fac tantum cupias, sponte disertus eris.
Est tibi agēdus amans, imitādaq; vulnera verbis,
Hic, tibi quęratur qualibet arte fides.
Nō credi labor est, sibi quęq; videtur amanda.
Pessima sit, nulli non sua forma placet.
Sępe tamen vere cępit simulator amare,
Sępe, quod incipiens finxerat esse, fuit.
Quo magis o faciles imitantibus este puellę,
Fiet amor verus, qui modo fictus erat.
Blanditijs animum furtim deprendere fas est,
Vt pendens liquida ripa subitur aqua.
Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos, exiguumq; pedem.
Delectant etiam castas pręconia formę,
Virginibus curę est, grataq; forma sua.
Nā cur in Phrygijs Iunonem, et Pallada siluis
Nunc quoq; iudicium non tenuisse pudet?
Laudatas ostendit auis Iunonia pennas,
Si tacitus spectes, illa recondet opes.
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,
Depexęq; iubę, plausaq; colla iuuant.
Nec timide promitte, trahunt promissa puellas,
Pollicitis testes quoslibet adde Deos.
Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Aeolios irrita ferre notos.
Per Styga Iunoni falso iurare solebat
Iuppiter, exemplo nunc fauet ille suo.
Expedit esse Deos, et vt expedit, esse putemus,
Dentur in antiquos thura, merumq; focos.

Ouid. in Amori. O facies oculos nata mouere meos. Et alibi, Candida candorem rosto suffusa rubore ante fuit, niueo lucet in ore rubor. Laudare capillos, flauos scilicet et longos, quales fuere Apollinis, Bacchi, Diones, et aurorę, Scribit et Apuleius sibi unicam curā fuisse caput, capillosq; sedulo et publice prius intueri, Propertius. Fulua coma est, longęq; manus, et maxima toto corpore, et Oui. in amoribus, Quam longos habuit nondum periura capillos. Exiguūq; pedem, pes exiguus in foemina maxime laudatur. Ouidius in Amoribus. Pes erat exiguus, pedis est aptissima forma. Delectant etiā castas, castarum exēplis probat etiam reliquas gaudere pulchritudinis laude.

Capillorum

Nam cur in phrygijs, cur Iuno, et pallas defenderunt in iudiciū paridis, quo ille malum aureum velut victorię calculum Veneri dandum censuit, nempe quia ambę se Veneri pręferendas formę elegantia credidere, huius iudicij meminit Apuleius. Non tenuisse, non obtinuisse. Auis Iunonia, pauonem designat, cuius caudę argi oculos a Mercurio interfecti iunonem apposuisse narrat Ouidi. in Metamorpho. Pennas laudatas, Pauo (vt scribit Plinius) laudatus in trimatu expandit colores aduerso maxime Sole, quia sic fulgenti radiat. Is ab auctoribus non gloriosum tantum animal traditur, sed etiā maliuolum. Ouidius in Metamor. Laudato pauone superbior. Scribit Aristoteles animum alias esse verecundas et cautas, vt anseres, alias inuidas et politas, et ornatus studiosas. vt pa

Pauo

Depexę, ornatę. Plausaq; colla, quę bus plaudimus. Vir. Et colla plausę sonitum ceruicis amare. Adde Deos testes, per Deos iura. Notos Aeolios, ventos qui sunt sub Imperio Aeoli. Per styga, per paludem stygem. Virg. Dij cuius iurare timent et fallere numen. Nunc fauet, iurantibus falso per stygem. Expedit, vtile est amantibus, quia his credunt puellę cum per Deos iurant. Esse putemus, credamus Deos mortalium curam habere. Thura merumq;, thure et vino Deos colamus. Nec securā quies, secundum stoicos dicit Deos curare mortalia, et nocentes punire, quam rem nec Maro dissimulauit eo versu, Nec curare Deū credis mortalia quemq̄. Detinet, moratur, quin animaduertant innocentes. Innocui, innocentes. Martia. Innocuos censura solet permittere lusus. Virgi. passiue posuit, Sedere carinę omnes innocuę. Numen adest, Deus punit hominum scelera. Reddite depositum, deponere est apud aliquem pignus assignare. Virg. Ego hāc vitulam ne forte recuses, Depono. Deponere etiam est (vt Vlpi. tradit) alicui aliquid custodiendum dare, vnde fit Depositum, in qua significatione nunc accipitur. Pietas sua foedera seruet, seruetur iustitia. Ludite si sapitis, puellas solas decipite, in alijs fidem seruate. Fides, violata. Minus est pudenda, non est pudori. Hac vna fraude, in hoc solo iureiurando, quo fallitis puellas. Fallentes, decipientes amantes. Profanum sunt genus, foeminę sunt irreligiosę. Profanum enim (vt Pompeius scribit

Innocui

Deponere

Depositum

Profanum

scribit) significat quicquid non est sanctum, sed porro a Fano et religione tenet. Hora. Odi. profanum vulgus et arceo. Significat et quod ex religioso, vel sacro in vsum humanum conuersum est. Virg. Quos contra Aeneadę bello ficere profanos. In laqueos, in insidias. Quos posuere, quę moliti sunt amantibus,

di posse noxios, et imposito circum quaqua igni, voce bouis mugientis audiri. Tyrannus opus laudauit, vt ipse in Epistolis scripsit, sed artificem primus cruciatum experiri voluit. Ouidius in Ibin. Aere Perilleo veros immittere iuuencos, Ad formam tauri conueniente sono, Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta, More bouis Paphio clausus in aere gemas.

Nec secura quies illos, similisque sopori
Detinet, innocui viuite, numen adest.
Reddite depositum, pietas sua foedera seruet,
Fraus absit, vacuas cędis habete manus.
Ludite, si sapitis, solas impune puellas.
Hac minus est vna fraude pudenda fides.
Fallite fallentes, ex magna parte profanum
Sunt genus, in laqueos, quos posuere, cadant.
Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus, atque annis sicca fuisse nouem.
Cum Thrasius Busirin adit, monstratque piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.
Illi Busiris, fies Iouis hostia primus,
Inquit, et Aegypto tu dabis hospes aquam.
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit auctor opus.
Iustus vterque fuit, neque enim lex iustior vlla est,
Quam necis artifices arte perire sua.
Ergo vt periuras merito periuria fallant,
Exemplo doleat foemina lęsa suo.
Et lachrymę prosunt, lachrymis adamanta mouebis,
Fac madidas videat, si potes, illa genas.
Si lachrymę (neque enim veniunt in tempore semper)
Deficient, vda lumina tange manu.
Quis sapiens blandis non misceat oscula verbis,
Illa licet non det, non data sume tamen.

Dicitur Aegyptus, ex plus arguit meretricias fraudes, fraude propulsandas esse. Busiris rex Aegypti Neptuni et Libyes filius fuit, sub quo cum nouem annis nimia siccitate magna esset sterilitas,
Busiris
Thrasius docuit Busiris humana hospitum nece posse aquas dari, si primus mox ipse suo imo immolatus est, inde cum ceteri quoque hospites similiter immolarentur, ab Hercule Busiris eadem pena affectus interiit. Ouid. in Ibin, Vtque post annos sacri monstrator iniquus, Elicuit pluuias victima cęsius aquas. Stra. negat Busirim vnquam regem aut tyrannum fuisse in Aegypto, sed id fictum esse propterea quod huius loci barbari hospites pellant, inuantibus arua imbribus,
Nili irrigatio
pluuijs ęstiuis augentibus Nili incrementa, vt docet Stra. quibus Aegyptus irrigatur, et foecunda fit. Virgi. Et viridem Aegyptum nigra foecundat harena. scribit quoque Strabo in partibus australibus ęstate, et non hyeme ibres cadere, in Thebaide vero et circa Syenem minime. Aut certe intelligit per ibres Nili irrigationem annis nouem defuisse. Nam scribit Seneca, Nilum biennio continuo regnante Cleopatra et non descendisse decimo regni anno, et vndecimo.
Nilus antea Aegyptus vocabatur
Nilus autem (quem Homerus cęlestem amnem appellat) a rege Nileo nomen accepit, cum antea Aegyptus vocaretur, quod is pluribus fossis atque locis opportunis Nilum vtilem incolis reddidit, auctor Diodo. Nilo autem Aegyptum irrigari docet Stra. et latius Plinius scribens iustum eius incrementum esse cubitorum xvi. in xij. cubitis famem sentire. in xiij. etiamnum esurire
Nili iustum incrementum
xiiij. cubita hilaritatem afferre. xv. securitatem xvi. delitias. plura legito apud Herodotum, Diodorum, et Senecam libro quarto Naturalium questionum de Nilo ac eius fontibus. Et Phalaris, Perillaus quem
Perillaus cruciatus
et Perillum dicimus, ad Agrigentinum tyrannum Phalaridem taurum ęreum attulit, docuitque eo inclu

De Perillo ita Plinius scribit, Perillum nemo laudat sęuiorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit mugitus hominis pollicitus igne subdito, et primo eius expertus est cruciatum iustiore sęuitia. Plura legito apud Paulum Orosium de Phalaride et Perillo. Infelix auctor, Perillus. Imbuit opus, impleuit ęreum taurum. Adamanta mouebis, foeminam durissimam. Est enim Adamas durissimus lapis durę violentissimęque naturę regis,
Adamas
ferri, ignisque contemptor, hircino rumpitur sanguine, ac ne aliter quam recenti, calidoque maceratus, et sic quoque multis ictibus tunc etiam pręterquam eximias incudes, malleosque ferreos frangens. Non patitur Adamas a Magnete ferrum attrahi. Plura de eo legito apud Plinium. Male rapta, oscula ita rustice arrepta, vt faciem puellę lędas, vel dente, vel capite. Inuitę volunt persępe puellę vi subigi.
Phębes et Ilairę fabula
Subita rapina, celeri raptu coluisse. Vim passa est Phębe, Phębem et Ilairam formę elegantia excellentes Leucippus pater desponderat Idę et Lynceo fratribus, quas cum rapuissent Castor et Pollux inter eos pugnatum est ante Spartanam vrbem, vt Hyginius docet, in quo prelio Castor a Lynceo est interfectus, ipse vero a Polluce. At cum Idas in Pollucem irrueret, vt fratrem vlcisceretur, fulmine ictus est, ipse vero Pollux in cęlum raptus partitus est cum fratre diuinitatem, vt elegantissime narrauit Ouidius in Fastis. Est passa vim, rapta est enim a Castore, et Polluce. Sorori, Ilairę. Vterque raptor, Castor et Pollux.
Deidamię fabula
Fabula nota quidem, vim puellis gratam esse docet exemplo Deidamię Lycomedis regis filię, apud quem Thetis Achillem sub muliebri hitu celauit, quem a Proteo acceperat illum

periturum esse in bello Troiano viceritque Statio. Vi potitur votis, toto pectore veros. Admonet amplexus. Scyrias Hemonio, puella Styrias, hoc est Deidamia filia Lycomedis regis Scyri insule, que contra Magnesios incumbit, clarissima propter Lycomedis cum Achille affinitatem, et Achillis filium Neoptolemum ibi procreatum, et eruditum posterioribus annis, ut est auctor Strabo. Iam Dea, Venus. Mala premia, Helenam, quam Venus Paridi promiserat, unde Paris apud Ovidi. ita inquit. Pollicita est thalamo te Cytherea meo. Laudate forme, prelata enim fuit a Paride Venus Iunoni et Palladi, ut antea dictum est. Iurabant omnes, tangit tertium genus militie, quod sacramentum appellatum fuisse Ser. docet. Iurarunt autem Greci in Aulide, dicente Virgilio. Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuravi. Dolor unius, Menelai mariti Helene dolor. Publica causa, quia ea iniuria visa est ad omnes Grecos pertinere. Turpe, ordo est, Achilles dissimulatus virum et reliqua, erat turpe, ubi notandum, per dissimulatus virum dictum est per figuram synecdochen, qua sepe utuntur poete. Erat turpe, erat res turpitudinis plena. Veste longa, nam

Pugnabit primo fortassis, et improbe dicet;
Pugnando vinci se tamen illa volet.
Tantum ne noceant teneris male rapta labellis
Neve queri possit dura fuisse, cave.
Oscula qui sumpsit, si non et cetera sumpsit;
Hec quoque que data sunt, perdere dignus erat.
Quantum defuerat pleno post oscula voto?
Hei mihi rusticitas, non pudor ille fuit.
Vim licet appelles, grata est vis ista puellis,
Quod iuvat, invite sepe dedisse volunt.
Quecunque est Veneris subita violata rapina,
Gaudet, et improbitas muneris instar habet.
At que cum posset cogi, non tacta recessit,
Cum simulet vultu gaudia, tristis erit.
Vim passa est Phebe, vis est illata sorori,
Et gratus raptis raptor uterque fuit.
Fabula nota quidem, sed non indigna referri,
Scyrias Hemonio victa puella viro.
Iam Dea laudate dederat mala premia forme
Colle sub Ideo vincere digna Venus,
Iam nurus ad Priamum diverso venerat orbe
Grataque in Iliacis menibus uxor erat.
Iurabant omnes in lesi verba mariti,
Nam dolor unius publica causa fuit.
Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles
Veste virum longa dissimulatus erat.
Quid facis Aeacide? non sunt tua munera lane,
Ah titulos alii Palladis arte petes.
Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta fere(do,
Pensa quid in dextra, qua cadet Hector, habes?
Reiice succinctos operoso stamine fusos,
Quassanda est ista Pelias hasta manu.

Thetis foemineo habitu Achillem induit, dicente Statio. Aspicit ambiguum genitrix, cogitque volentem, Innectitque graves sinus, tunc colla rigentia mollit Submittitque graves humeros, et fortia laxat Brachia, et impexos certo domat ordine crines. Ac sua dilecta cervice monilia transfert, et pede tantum cohibet vestigia limbo, Incessumque monstrat, docet, fandique pudorem. Titulos, gloriam. Alia arte Palladis, quoniam tractabis arma, et prelia, quorum Pallas fuit inventrix, et princeps, ut Cicero de Natura Deorum tradidit. Diodorus tamen non Palladam, sed Martem fuisse scribit. Fusos succinctos, plenos et quasi alligatos. Operoso stamine, filo tenui. Stamen autem, ut Varro scribit, a stando dicitur, quod eo stat omne velamentum in tela, quid autem sit stamen, et quid subtegmen ex eo Ovidii Metamorphoseon versu percipi potest. Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo. Inseritur medium radiis subtegmen acutum. Pelias hasta, hasta Achillis, a Pelio Thessalie monte, ea erat ex fraxino, ut Strabo, et Plinius docent. Tantum autem fuit magni sed hasta, ut cum Patroclus arma sua sumpsisset ab Achille, hastam reliquerit, tanquam intractabilem. Virgo regalis, Deidamia regis filia. Comperit, nam antea crediderat fuisse puellam Achillem. Stupro, stuprum proprie coitus est in virgine et vidua. Properaret, eas subagitare et vincere. Fortia arma, membra designat, sic et Propertii. Osculaque admoto sumere et arma manu. Cepisse priorem, priorem foeminam coitus petere. Sic gratum est pati, sic delectat coitus. Alio incipiente, alio vim afferente. Illa roget, amantem pre cetera, ut secum coeat. Ad veteres heroidas, ad topem vna ex xii. Asopi filiabus, ad Europen, Danaen, Semelem, Io, et alias heroinas. A precibus, interpretandum. Tumidos fastus, fastidia et iactantiam. Fastus in quarta declinationis superbiam significat, unde fit verbum fastidio. Fasti vero secunde libri sunt festa continentes, quamvis et quarte declinationis reperiatur. In cepto parce, desiste precari. Quod refugit, eum quod a fugientibus desistit. Nec spes est Veneris, includa est plerumque cum puellis gratiam docet sub amicitie, non coitus nomine. Tetrice puelle, gravis, severe. Candidus in nauta, ex pluribus docet amantes pallorem decere. Aquo

Stamen Subtegmen
Achillis hasta
Stupro
Fastus

Forte erat in thalamo virgo regalis eodem;
Hec illum stupro comperit esse virum.
Viribus illa qdē victa est (ita credere oportet)
Sed voluit vinci viribus illa tamen.
Sepe mane dixit, cum iam pperaret Achilles;
Fortia nam posita sumpserat arma colo.
Vis vbi nunc illa est? qd blanda voce moraris
Auctorem stupri Deidamia tui?
Scilicet, vt pudor est, quondā cepisse priores;
Sic alio gratum est incipiente pati.
Ah nimia est propriȩ iuueni fiducia formȩ,
Expectet si quis, dum prior illa roget.
Vir prior accedat, vir verba precantia dicat;
Excipiat blandas molliter illa preces.
Vt potiare, roga, tantum cupit illa rogari,
Da causam voti principiumq̃ tui.
Iuppiter ad veteres supplex heroidas ibat,
Corripuit magnum nulla puella Iouem.
Si tamen a precibus tumidos accedere fastus
Senseris, incepto parce, referq̃ pedem.
Quod refugit, multȩ cupiūt, odere, qd instat,
Lenius instando tedia tolle tui.
Nec spes est Veneris semp profitenda roganti,
Intret amicitiȩ nomine tectus amor.
Hoc aditu vidi tetricȩ data verba puellȩ,
Qui fuerat cultor, factus amator erat.
Candidus in nauta turpis color, ȩquoris vnda
Debet, & a radiis syderis esse niger:
Turpis & agricolȩ, qui a vomere semper aduco,
Et grauibus rastris sub Ioue versat humus.
Et tu, Palladiȩ petitur cui fama coronȩ,
Candida si fuerint corpora, turpis eris.
Palleat omnis amās, color est hic aptus amāti,
Hoc decet, hoc multi non valuisse putant.
Pallidus in Lyncem siluis errabat Orion,
Pallidus in lenta Naiade Daphnis erat.

vis vnda, est et fluctibus marinis. A radiis sy=deris, a Solis feruore. Turpis et agricolȩ, candor quoq̃ minime decet agricolam. Sub Ioue sub dio. Hor. Manet sub ioue frigido venator. Corone Palladiȩ, coronȩ oleaginȩ. Est enim olea arbor sacra Palladi, qua victores in olympico certamine coronabantur, vnde Herodotus l. octauo scribit Arcades persu=gas interrogantes Xerxi, quod nam premium esset propositum victoribus in olympico certamine respō=disse, oleaginam coronam esse, qua do=narentur. Erant etiam olim in Grȩcia quatuor ludorum genera prȩceteris cele=bratissima. Fuere lu=di olympici, qui cele=brabantur. v. quoque anno magna homi=num frequentia in ho=norem iouis olym=pici, idq̃ tempus o=lympiada appellabant victores donaban=tur oleagina coro=na. Erant Pithij A=pollini sacri, in qui=bus victor poma re=ferebat isthmi vero ludi erant Palȩmo=ni dicati, victori co=rona ex Apio daba=tur. Nemei i memo=riam Archemori sūt instituti, victores pi=nea corona ornati discedebant. De his Vitru. libro. ix. ita scri=bit. Nobilibus Athle=tis, qui Olympia, Pi=thia, isthmia vicissēt. Grȩcorum maiores ita magnos hono=res constituerūt, vti non modo in con=uentu stantes cum palma et corona fe=rant laudes, sed etiā cum reuertantur in sua ciuitates cum vi=ctoria triumphan=tes quadrigis inuehantur, e reg. publica perpetua vita constitutis vectigalibus fruantur. Plura etiam legito apud Statium Thebaidos libro. vi. Scribit Lactātius eos qui Olympia vicissent, oleastro. qui

Certamen ludo rū genera I Grȩcia et eo rū prima Olympia.

Pithia, lauro: qui isthmia pinu. qui Nemea, apio coronari solitos. Turpis eris, nam currentes in olympico certamine sole feruenti et puluere red=debantur fusci. Pallidus in Lyncem, Orion filius fuit Neptuni et Euriales, vt voluit Hesiodus. Aristo=ticus patrem Eruthrea appellat. Ouid. vero in Fa=stis Hireum, cuius fa=bulam in quinto ele=gantissime describit. Plura de eo etiaz Hy=ginius. Hic comes fu=it Dianȩ, et ab ea adeo dilectus, vt ei nupsis=se existimaret. Quod cuz Apollo grauiter ferret eius dolo fa=ctum est, vt Orion a Diana sagittis con=figeretur, quem Dea defunctum fleuit, et inter sydera colloca=uit, cuius desiderio. Dū Orion Dianȩ co=mes venaretur eius tura carpebat et pal=lebat. Orion prȩterea Chium venit, et Oe=nopionis filia Mero=pē compressit, p quo facto ab Oenopione excecatus est. Huc etiā scribit Hyginius in Beotia Pleiadibus vo=luisse vim inferre, & eas fugientes secutuz fuisse annis. xij. Dio=dorus refert Orionē, cum magnitudine, tuz corporis robore heroas excedentem ve=natorē fuisse, sed cuz in Sicilia multa fe=cisset laude digna, ad Euboeā diuertit, et pp famam inter astra annumeratus, immortale nomen adeptus ē. Sane Orio=nis amicas duas fu=isse legimus, alteram Auroram, cuius me=minit Homerū Odys=sea, alteram Dianā, vt iā diximus, nō āt Lyrmē aut Lyricē, vt nōnulli putāt. Oui. n. scripsit amatores pallescere debere Oriō's exēplo, q Lyncas insequēndo amoris ardores sedare studebat. Hora. Nec curat Oriō Leones. Aut timidas agitare lyncas. Est āt lynx foeminino genere animal pe=

Orionis fabula

Orionis amicȩ.

Lynx

regrinum acutissimi visus, varietate macularum distinctum, longe diversum a cervariis, cuius vrinam congelari in gemmas carbunculis similes,

Lyncurium

et lyncurium appellari Plinius scribit. Lyncus autem rex Scythie mutatus fuit in hanc formam, ut in quinto Metamorpho. docet Ouidius. Pallidus in vita, ex Mercurio

Daphnis

et nympha Daphnidem natum in Sicilia scribit Diodorus, et a laurorum multitudine, in qua dimerse bantur nymphe ita appellatus. Educatus a nymphis boum plurima possedit armenta, a quorum cura Vaculos est dictus, cum esset ingenio acri, studiumque plurimum gubernandis bobus impenderet,

Carminis Bucolici inuentus

carmen Bucolicum quod postea a Siculis in precio habitum fuit, inuenit, in Diane gratiam venatui operam dedit, eamque fistula et cantu Bucolico delectauit, huius amore capta nympha illi predixit, si cui alteri iungeretur, se illum visu priuaturam, postmodum quadam regis filia a se ebrio stuprata, oculis (ut predictum fuerat) captus est. Hunc nympha quedam dilexit nomine Thalia, que suspitione pellicis offensa Daphnidis congressus auersata est. At ille amoris desyderio contabuit, quem inter moriendum longo carmine irridet Venus apud Theocritum. Naso tamen eum in lapidem obduruisse ita refert in Metamorpho. Vulgares taceo pastoris amores Daphnidis Idei, quem nymphe pellicis ira Contudit in saxum, tantus dolor vrit amantes, Lenta, dura, et tarda ad amandus Daphnidem. Pileolum, paruum galerum. Conquerar: in amore ne amico quidem fidendum esse dicit. Esse mixtum, esse confusum. Fas nefasque, quia sub amici nomine latet, qui tibi insidias struit. At non Actorides, perpaucos amicis fidos fuisse commemorat, sed nullos tales reperiri amplius posse ostendit. Actorides autem patronymicum est ab auo deductum. Actor enim fuit

Actor Patroclus

pater Menetij, patris Patrocli Patroclus autem educatus in Opunte cedem non voluntariam patrauit puerum enim coequum Amphidamantis filium Clysonomum iratus interfecit, qui ob hanc rem patria exul Phthiam venit, vbi pro affinitate, que intercedebat cum Peleo et Achille moratus, amicitiamque inter se seruantes excellentem, simul ad bellum Troianum profecti sunt. Lectum Achil-

Arguat et macies vultum, nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis.
Attenuant iuuenum vigilate corpora noctes
Curaque, et immenso qui fit amore, dolor.
Vt voto potiare tuo, miserabilis esto,
Vt, qui te videat, dicere possit, amas.
Conquerar, an moneam mixtum fas esse nefasque?
Nomen amicitia est, nomen inane fides.
Hei mihi non tutum est, quod ames, laudare sodali:
Cum tibi laudanti crediderit, ille subit.
At non Actorides lectum temerauit Achillis,
Quantum ad Pirithoum, Phedra pudica fuit.
Hermionen Pylades, quam Pallada Phebus, amauit,
Quodque tibi geminus Tyndari Castor erat.
Si quis idem sperat, laturas poma myricas
Speret, et e medio flumine mella petat.
Nil, nisi turpe iuuat, cure est sua cuique voluptas,
Hec quoque ab alterius grata dolore venit.
Heu facinus, non est hostis metuendus amanti,
Quos credis fidos, effuge, tutus eris.

lis Hippodamiam Brisei filiam. Ad Pirithoum iustum amicitie inter Theseum et Pirithoum, et quantum se mutuo dilexerint, docet Plutarchus in Theseo. Phedra pudica fuit, Pirithous non violauit Phedram vxorem Thesei. Hermionen

Hermione Pylades

Pylades, Hermione filia Helene et Menelai, quamuis alij ex Theseo natam velint, a Tyndaro Oresti Agamemnonis filio, et patrueli suo nupsit, cui Pylades Strophij Phocensis filius, qui cum an tea, cum maxime eo tempore, quo post occisam matrem Clytemnestram in insaniam versus est, comes fidissimus et amicus extitit. Ouid. de Ponto. Non ita vixerunt Strophio Atque Agamemnone nati. Quam Pallada Phebus, ut amauit pio et fraterno amore Phebus sororem Pallada, sic Hermionem Pylades. Sunt qui non quo, sed qua legant, vt sit qua ratione et causa Phebus amauit Pallada. Sic Ouid. lib. ix Metamorpho. Non soror vt fratrem, nec qua debebat amauit. Et alibi, Nec nisi qua fas est germane frater ametur. Geminus Castor, Castor gemellus. Virgi. Gemi-

Gemini Gemelli Tergemini Quatergemini Septemgemini

nos huic vbera circum Ludere pendentes pueros. Sunt autem gemini siue gemelli, qui vno die eodem vtero editi sunt, etiam si plures duobus sint, vnde apud Liuium Horatios tergeminos fuisse legimus, et apud Strabonem Aegyptias mulieres interdum quatergeminos peperisse, et quandam septemgeminos. Castor igitur et Pollux ideo gemini appellantur, quod eodem partu sunt editi. De his multa Hyginus. Tyndari, o Helena Tyndari filia. Leda enim Tyndari vxor genuit Castorem et Pol-

Iuppiter in cygnum mutatus concubuit cum Leda

lucem, Helenamque et Clytemnestram. Poete tamen fabulantur Iouem in cygnum mutatum, concubuisse cum Leda, que duo oua peperit, ex quibus nati sunt Pollux Helena, Castor et Clytemnestra. Horat. Nec gemino bellum Troianum ordiris ab ouo. Hyginus tamen scribit Nemesim cum Ioue verso in Cygnum compressam fuisse, que actis mensibus ouum procreauit, quod Mercurius auferens detulit Spartam et Lede sedenti proiecit in gremium, ex quo nata est Helena ceteris specie prestans, quam Leda suam filiam nominauit. Alij autem cum Leda Iouem concubuisse in Olorem conuerso, de quo in medio relinquimus. Hec Hyginus. De his Ausonij tale extat epigramma,

istos

Cognatum, fratremq; caue, fidumq; sodalem,
Prębebit veros hęc tibi turba metus.
Finiturus eram, sed sunt diuersa puellis
Pectora, mille animos excipe mille modis.
Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Conuenit, hęc oleis, hic bene farra virent.
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurę,
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.
Vtq; leuis Proteus modo se tenuebat in vndas
Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper.
Hic iaculo pisces, illic capiuntur ab hamis,
Hos caua contento retia fune trahunt.
Nec tibi cōueniet cūctos modus vnus ad ānos
Longius insidias curua videbit anus.
Si doctus videare rudi, petulans ue pudenti,
Diffidet miserę protinus illa sibi.
Inde fit, vt quę se timuit cōmittere honesto,
Vilis in amplexus inferioris eat.
Pars superat cępti, pars est exhausta laboris,
Hic teneat nostras anchora iacta rates.

Publij Ouidij Nasonis de Arte Amandi liber primus explicit.

Istos tergemino nasci quos omnis ab ouo Patribus ambiguis et matribus asseueratos. Hos genuit Nemesis, sed Leda puerpera fouit. Tyndareus pater bis et Iuppiter hic putat, hic scit. Myricas myrica (vt Seruius docet) est genus virgulti humilis, quod et Genestam appellamus. Virgi. Humilesq; myricę. Myricem Plinius scribit ab alijs Tamaricem appellari, et in Italia nasci. Lateras poma, quod est impossibile. Nil nisi turpe iuuat, homines vt voluptati indulgeant nullam habent amicorum et honestatis ratione. Hęc quoq; ab alterius, eo magis gaudemus, q̄ maiore alios dolore afficimus. Mille modis, mille rōnibus Nec eadē, sic Virgi. Nec terrę ferre oēs ōia possunt. Proteus leuis, Proteus filius fuit Oceani et Tethyos, Pallenē vrbē Macedonię patriam habuit. Virgi Hic nunc Emathię portus, patriāq; reuisit Pallenem. Lycophron tū scri. Pallenem fuisse ciuitatē Thracię nō Macedonię, quam habitauit Proteus antq̄ī Ægyptum transiret. Est āt Pallene appellata a Pallene filia Sithonis, vt docet Eustachius, Carpathū insulam inter Ægyptum et Rhodum positam tenuit Fingitur a poetis Neptuni armenta pascere. De Proteo ita scribit Diodo. Cum Ægyptus rege careret, ex dignioribus quidam in regem assumptus est, Iliaci belli tempore, quez Ægyptij Cetem, Gręci Protheum appellant. Hunc artium peritum, et in varias se formas solitum vertere tradiderunt, vt nunc animal, quandoq; arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. Consuetudo autem regibus tradita, Gręcis causas huiusmodi transmutationis fingendi prębuit. Nam Ægyptijs regibus mos erat, aut Leonis, aut tauri, aut Draconis priorem partem in capite ferre insignia principatus. Quandoq; vero arborem, ignem, et redolentia supra caput vnguenta. Hęc tum ad decorem, tum ad ornatum spectabant tum stuporem ac superstitionē quandam aspicientibus iniciebant. Huius regis meminit etiam Herodotus. At poetę fingunt eum vatez fuisse, nec nisi coactum futura predicere solitum, captus enim in varia monstra se conuertens homines eludebat, vt in vltimo Georgicorum ostendit Maro. Hinc Horatius in Sermonibus, Fallacem debitorem Proteū appellat. Hic iaculo, fuscina. Modus vnus, vnus ordo. Ad cunctos annos, ad vnamquāq; ętatem. Doctus, callidus. Rudi. puellę indoctę. Diffidet sibi, nullaz in se spem habebit posse tuas insidias effugere. Honesto, viro bonos mores pręse ferenti. Inde, ex eo q̄ doctus appareas rudi. Vilis, vel ipsa vilis, quę relicto maioris dignitatis amatore, ad inferiorem eat, vel ad vilis amplexus ad vilem amantis amorem. Pars superat, restat. puellam enim diutius conseruandam docebit. Exhausta, finita. docuit enim quo pacto amica inuenienda et exorāda sit. Hic teneat nostras, nautę exemplo quiescendum esse dicit.

Myrica vel genesta Tamarix

Proteus

BARTHOLOMEI MERVLAE enarrationes in secundum volumen Ouidij de Arte Amãdi.

DIcite Io Pęan. Ex tribus partibus quas pro posuerat Oui. duas absoluit, tertia superest, quã nunc exequitur. Docet n. i hoc secundo libro quem admodum ab amatore conseruandus diu sit amicę amor, quam assiduo labore sibi morigeram reddidit. Dicite Io Pęan, triumphandũ esse dicit de amica subacta, et Apollinẽ inuocandum, vt in triumphis fieri solebat. Oui. in Meta. Lętos molire triũphos. Et Pęana voca, nitidaq; incingere lauro. Et in Tristibus. Tẽpora Phoebea lauro cingentẽ Ioq; Miles Io magna voce triumphe canet. Strabo in. xviij. scribit, Pythõe sagittis ab Apolline debellato Parnasios inter adhortandum Io Pęan clamitasse, inde ꝯsuetudinem traditam, vt qui consecuturi sunt aciem, sic Pęanis celebrationem clamitent. Pęan autem non modo Apollinem significat, sed ipsius et cęterorum Deorum laudem. Virgi. Lętumq; choro Pęana canentes. Et Statius. Herculeum Pęana canunt. Io vero vox est, clamantis. Virg. Io matres audite vbicũq; Latinę. In meos cas. in mea retia. Pręda petita, puella quęsita. Viridi palma, quoniã docui amantẽ victoriã ꝯsequi de amica. Palma autem ideo dat victoribus, q ea arbor semp viret, vel, vt Gel. scri. q nullo pondere degrauari potest, quin surgat, et se eleuet, refringit. n. vel extollit quicquid super imponitur. Prę feror Ascręo, ꝓponor Hesiodo ab Ascra Boeotię vico appellato. Męonioq; seni, Homero a męone patre, eodẽq; patruo, vt Plut. scri. vel (vt mauult Aristoteles in lib. de poetica) a Męone Lydoꝝ rege, qui eum pro filio educauit, et Melisigenem prius dictus scribit a Melete fluuio, iuxta quem cum mater peperit. Postea factus cęcus Homeri nomen accepit. Cumei nanq; et Iones oculis captos Homeros dicunt. Multę ciuitates eius ortum sibi vendicant, vt docet Gellius eo disticho, Septem vrbes certant de stirpe insignis Homeri, Smirna, Rhodos, Colophõ, Salamin, Ius, Argos, Athenę. Talis ab ar. ex similitudinẽ aggeratiõe amãdis lętitiã exp nit. Ab Amyclis ar. a bellicosis Amyclis Amyclę ãt fuit ciuitas Laconię patria Helenę Priameius ho. Paris quẽ Menelaus suscepit hospitio. Is enim cum Aenea cum aliquot nauibus in Laconiam Spartam ad Menelaum nauigauit, ab eoq; susceptus hospitio, cõmendat vxori Helenę, cum ipse eo tẽpore in Cretam nauigaret ad diuertandas Atrei opes. Helena absente marito, capta Paridis pulchritudine, cũ eo ad Troiam nauigauit. Herodotus tamen scribit eam in Aegyptum tempestate delatam deuenisse, Proteumq; regem eam marito Menelao reddidisse. Talis erat qui te curru, Oenomaus rex Pisę et Elidis in Peloponneso filius Martis et Aeginę cum accepisset ex oraculo se moriturum, cum primum filia nupsisset, eam i perpetua virginitate asseruandam curauit. Itaq; quicũque filiam peteret cũ ea cursu certabat. Habebat. n. is velocissimos equos Psillam et Harpinam. Equoꝝ cursum instituit a Pisa ad arã Neptuni, quę est apud isthmũ Corithi. Cursus erat eiusmodi, Oenomaus arietem Ioui sacrificabat. Qui virginum postulabat. iiij. equoꝝ ferebat curru, Oenomaus sacris pactis, cursu sequebat ꝓcedentẽ auriga Myrtilo, assecutũ hasta, quam gestabat manu interficiebat. Primus Marmacas perijt, multiq; et post illum. Tãdem Pelops Tãtali filius ex Pelopõneso veniẽs corrupto Myrtilo victor euasit. Oenomaus existimans aduenisse mihi ips sibi mortem ꝯsciuit. Pelops sumpta vxore Hippodamia Pisę regnũ tenuit, auctor Diod. Peregrinis ro. curru pegrini Pelopis, e Phrygia. n. in Peloponnesum venerat. Tua pi. tua nauis ex pinu arbore. i. tuus amoris cursus, est. n. a nauigantibus

Io pęan

Pęan

Palma

Ascra

Home.

Melisigenes

Home.

Helenę fuga

Hippodamię et Pelopis fabula



P. Ouidij Nasonis de Arte Amandi Liber Secundus.



DIcite Io Pęan, & Io bis dicite Pęan,
Decidit i casses pręda petita meos.
Lętus amãs donet viridi mea carmina palma,
Prę feror Ascręo, Męonioq; seni.
Talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis
Candida cum rapta coniuge vela dabat.
Talis erat, qui te curru victore ferebat,
Vecta peregrinis Hippodamia rotis.
Quid pperas iuuenis, medijs tua pinus i vndis
Nauigat, & longe, quem peto, portus abest.

Rumpta trãslatio. Et lõge,nã plura adhuc restãt dicẽda. Nec mi est vir.snĩa loco ꝯgruẽs. Puer et Cythe.Cupidinẽ & Venerẽ inuocat. Si quã,fauistis.s. Erato,Erato vna ẽ ex nouẽ musis,dicta ab Eros eratos.q amorẽ signat,q docti hoĩes ab oĩbus amẽtur,vt Diodo asserit. Remanere,durare. Puer pnagus,q amicę sępe numero ab amante ad aliũ deficiunt,qd Propertius ꝙritur ea Elegia,q sic icipit. Iste qd ego sępe fui, sed fors et ĩ hora Hoc ipso electo charior alter erit. Et hꝫ ge.qbus euolet alas, q̃re Cupidini alę attributę sint,ita ẽt docet Proper. Scilꝫ alterna qm̃ iactamur ĩ vnda,Nostraq; nõ vllis pmãet aura locis. Hospitis effu.exẽplis docet Cupidinẽ.i. foemineum amorẽ nõ posse teneri,qn q̃ velit euolet.

Vt clausit,posteã Labyrinthũ ędificauit. Sit modus exilio,verba sunt Dędali pcãtis Minoa. Terra pãtna,vrbs Atheniẽsis. Senis,pris Dędali. Puero, filio Icaro. Et possidet ęquora Minos,Cretẽses nã q;(vt Stra.docet)nauigãdi oĩ principatũ tenuere. *Nauigandi principatus* vñ puerbiũ erat.Siqs q̃ nouit se ignorare dissimulet, Cretes nescit pelagus. Per stygam detur iter, inuitum se dicit aerem tentare. Stygias vndas ne Iouẽ offendam. Iura nouanda, naturę iura Dędalus dicitur innouare, cum aerem volucribus cõcessum tẽtat relicta terra. Ingeniũ mala sępe mouẽt, pericula reddunt hoĩem ingeniosum. Ærias vias, Hor. expertus vacuũ Dędalus aera pennis Nõ hoĩ datis. Remigiũ volucrũ, remigiũ est ipse ordo remorũ, vnde ẽt p metaphorã de auibus dicimus. Vir.Remigio Alarꝫ.

Non satis inuenisse tibi est me vate puellam,
Arte mea capta est,arte tenenda mea est.
Nec minor est virtus q̃ quęrere , parta tueri,
Casus inest illic,hic erit artis opus.
Nunc mihi,si quãdo puer,et Cytherea, fauete,
Nunc Erato,nã tu nomen amoris habes.
Magna paro,q̃s possit amor remanere partes
Dicere.tam vasto peruagus orbe puer.
Et leuis est,& habet geminas,qbus euolet, alas,
Difficile est illis imposuisse modum.
Hospitis effugio pręcluserat omnia Minos,
Audacem pennis repperit ille viam.
Dędalus vt clausit conceptum crimine matris
Semibouemq; virum,semiuirũq; bouem,
Sit modus exilio dixit iustissime Minos,
Accipias cineres terra paterna meos.
Et,quoniam in patria fatis agitatus iniquis
Viuere non potui,da mihi posse mori.
Da reditum puero,senis est si gratia vilis,
Si non vis puero parcere,parce seni.
Dixerat hęc,sed & hęc,& multo plura licebat
Dicere,& egressus non dabat ille viro.
Quot simulac sensit,nunc nũc o Dędale dixit
Materiam,qua sis ingeniosus,habes.
Possidet & terras,& possidet ęquora Minos,
Nec tellus nostrę,nec patet vnda fugę.
Restat iter cęli,cęlo tentabimus ire,
Da veniam cępto Iuppiter alme meo.
Non ego sydereas affecto tangere sedes.
Qua fugiam dominũ nulla,nisi ista via est.
Per stygam detur iter,stigias transibimus vndas
Sunt mihi naturę iura nouanda meę.
Ingenium mala sępe mouẽt,quis crederet vnq̃
Aerias hominem carpere posse vias?
Remigium volucrũ disponit in ordine pẽnas,
Et leue per lini vincula nectit opus,
Imaq; pars cęris astringitur igne solutis,
Finitusq; nouę iam labor artis erat.
Tractabat cęrãq; puer, pẽnasq; renidens,
Nescius hęc humeris arma parata suis.

Dedali fabula Effugio hospi. Dędalus genere Atheniẽsis, natus ex Minono Eupalmi pclarus archi tectus fuit, hic interfecto Talo sororis filio p inuidiã,q serrã,rotã figuli, et tornũ repperisset ab Ariopagitis dãnatus ĩ Cretã pfugit,quẽ cũ Minos cõperisset bouẽ ligneã Pasiphae fabricasse, ĩ Labyrintho cũ cũ filio Icaro icludi iussit aut(vt refert Diod.) Pasiphae eũ abscõdidit.Ille vero desperato nauis transitu,q Minos loca oĩa pręclusserat,et pecunias pmiserat,si qs Dędalũ inuenisset,alas cera cõpactas sibi et filio applicuit,euolauitq; ĩ Siciliã. Icarus qm̃ altius euaserat ĩ mare decidit,qd ab eo Icarium cognominatũ voluit Ouidius. Fabulã plenius refert Diodorus & Ouidi. in Metha. Pręcluserat omnia. terras et maria clauserat. Crimine mris,Pasiphaes ĩfando ꝯcubitu.

Virgo Tegęa, Calisto Arcadica, ab vrbe Tegęa,a qua Virg. & Pana Tegęum appellauit.Calisto aũt Lycaonis Arcadię regis filia a Ioue cõpressa, mutata fuit a Iunone in vrsam,q̃ Iuppiter cũ filio inter sydera collocauit, eamq; Arcton, quod latine vrsam significat, filium Arctophylaca nominauit Fabulã narrat Ouidius et plenius Hyginus. Hec non nunquam Helice appellatur, vt nonnulli volunt ab Arcadię oppido. Hyginus scribit Heliam, et Cynosuram nymphas fuisse Iouis nutrices, et pro beneficio in mundo collocatas, et v. Septemtrionesque Arctos appellatas. quas nostri Septemtriones dicũt cuius nominis significationem docet Gellius. Heliam autem

Calisto in vrsam *Arcton* *Helice* *Septem triones. Helices & Cyncsure obscura*

Cui pr̄ his (inquit) patria est adeunda carinis
Hac nobis Minos effugiendus ope est.
Aera non potuit Minos, alia omnia clausit,
Qua licet, inuentis aera rumpe meis.
Sed tibi non virgo Tegęa, comesq; Bootes,
Ensifer Orion aspiciendus erit.
Me pennis sectare datis, ego pręuius ibo,
Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris.
Nam siue ęthereas vicino Sole per auras
Ibimus, impatiens cęra caloris erit.
Seu humiles propiore freto iactabimus alas,
Mobilis ęquoreis penna madescet aquis.
Inter vtrunq; vola, ventos quoq; nata caueto
Quaq; ferent aurę, vela secunda dato.
Dū monet, aptat opus puero, mōstratq; moue (ri.
Erudit infirmas vt sua mater aues.
Inde sibi factas humeris accomodat alas,
Per nouum timide corpora librat iter.
Iamq; volaturus paruo dedit oscula nato,
Nec patrię lachrymas continuere genę.
Monte minor collis, campis erat altior ęquis,
Hinc data sunt miserę corpore bina fugę.
Et mouet ipse suas, & nati respicit alas
Dędalus, & cursus sustinet vsq; suos.
Iamq; nouum delectat iter, positoq; timore
Icarus audaci fortius arte volat.

Grȩci, Cynosuram vero Phęnices aspicientes conti
nue nauigant. Ouidius, Esse duas Arctos, quarum
Planstrū Cynosura vocatur Sidonis, Helicē Graia carina no
tat. Comesq; Bootes, Arcton plaustrū nomina
runt, qui sydera ꝓuiderunt, nam ex septem stellis,
duas quę pariles videntur, pro bobus habuerunt.
Reliquę vero quinq;
figuram plaustri si
mularunt. Proximā
Bootes arctophylax illi stellam Bootem di
xerunt a bobus, quos
videtur agitare, hūc
et Arctophylaca. i. vr
sę custodem appella
ri diximus. Ensifer
Orionis sydus Oriō, Orionis sydus
obseruari a nautis
docet etiam Virg. cū
ait. Armatumq; au
ro circūspicit Orio
na. Ensifer autem ap
pellatur, quoniā tres
stellę sunt, quibus gla
dius in eius dextra
deformatur, ut Hygi
nius docet. Me pē
nis sectare, ne aspici
as vlla sydera, sed me
tantum volatu sub
sequere. Inter vtrūq;
vola, medium tem.
Monte minor col
lis, collem Cretę de
scribit, vnde Dędalus
cum filio euolauit.
Samos insula Iam Samos a lę
ua, Samos (vt Apule
ius scribit) modica
insula est in mari
Icario aduersum Mi
letos ad occidentem
eius sita, in ea Fanū
fuit Iunonis antiquitus famigeratum, cuius Deę
donarium in lancibus, speculis, poculis plurimo
auro et argento erat perquam opulentum, erant
quoq; mul:ę ęris effigies, et ante aram Batylli sta
tua a Polycrate tyranno dicata. Plura legito apd
Apuleium in secundo Floridorum. Huius insulę
meminit etiam Ouidius in metamor. dicens. Et
Naxos iam Iunonia lęua parte Samos fuerat. Naxos,
Naxos vna est ex Cycladibus, de qua Virg. Baccha
Paros tamq; iugis Naxon. Et Paros, Paros quoq; in
ter Cyclades ponitur, marmore nobilis. Primo Pla
Delos tea, postea Minoida vocata. Et Clario Delos, De
los. Cycladū est longe clarissima, natali, et templo
Clarius Deus Apollinis, et mercatu celebrata. Clario Deo, Apol
lini, dicto (vt arbitratur Seruius) vel a Clario op
pido in confinio Colophoniorum, vel a Claro Cy
cladum vna, vbi colebatur. sed in primo Tristium
Lebynthos de hoc plura diximus. Dextra Lebynthos erat,
Lebynthos quoq; vna est ex cycladibus. Vmbro

sa Calydne, Calydne Insula a Strabone ponitur in Calydne
ter Sporades, quāuis scribat pleros; asserere duas
esse Calydnos, Lerā. s. atq; Calymnam. In ea idem
scribit mel nasci, quod reliquum antecellit. Oui. in
Met. Fęcūdaq; melle Calymnos legitur et Pachyn
ne. Cinctaq; piscosis Astyphalęa, Astyphalęa insu Astyphalea
la est sporadum vna, Ięa
vnam hēs ciuitatem.
hęc ad Cnidiā orā ꝓ
tendit longa subli
mis, angusta, circui
tum ad quadragena
et octona comple
ctēs stadia, cui et sta
tio nauium adest, au
ctor Strabo. Vadis
piscosis, piscibus ple
nis, sic alibi Ouidius
Cnidon illi vicinam
piscosam appellauit.
Destruitq; patrem,
viam, quam tenebat
pater reliquit. Deo
propiore, Sole vici
no. Non iam pa
ter, qꝛ erat sine filio.
Aequora nomen
hñt. ab Icaro enim Icarium mare
Icarium mare appel
latum fuit, quamuis
Plinius ab Icaro In
sula nomen datum
velit. Denni volu
crum, Cupidinez ala
tum. Fallitur Hę Magica vanitas
monia, magicas va
nitatem in Perside a
Zoroastre ortas scri.
Plinius deinde tran
sisse ad Thessalas vr
bes, quarum cogno
mē diu obtinuit in
nostro orbe alienę gentis, vnde Męnander quoq;
Thessalam cognominauit fabulam, complexam
ambages foeminarum Lunas detrahentium. Do
cet & Apuleius in Meta. eam artem in Thessalia
ꝑpotentem fuisse. Ad Hęmonias artes, ad artes Hęmonia
magicas, quę amori nihil cōferunt. Hęmonia. n.
Thessalia cognominata est ab Hęmone Deucalio
nis filio. A teneri fronte reuellit equi, caruncula
intelligit, quę nascitur in fronte pulli, de qua Plin.
hęc. Et sane equis innasci amoris veneficium Hip
pomanes appellatum in fronte, caricę magnitudi
ne, colore nigro, quod statim edito partu deuorat
foeta, aut partum ad vbera non admittit, si quis
ꝑreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agit.
Aristoteles etiam in sexto ita scribit. Cum equa pe
perit, statim secundas deuorat, atq; etiā quod pul
li nascentis fronti adhęret Hippomanes dictum, Hippomanes
magnitudine pignus caricę parua, specie latiuscu
lum, orbiculatum, nigꝛ. hoc si quis ꝑrepto odore

moueat,

Hos aliquis, tremula dum captat arundine pisces,
Vidit, & inceptum dextra reliquit opus.
Iam Samos a laeva fuerat, Naxosque relictae,
Et Paros, & Clario Delos amata Deo.
Dextra Lebynthos erat, silvisque umbrosa Calydne,
Cinctaque piscosis Astypalaea vadis.
Cum puer incautis nimium temerarius annis
Altius egit iter, deseruitque patrem.
Vincla labant, & cera Deo propiore liquescit,
Nec tenues venti brachia mota tenent.
Territus a summo despexit in aequora caelo,
Nox oculis pavido venit oborta metu.
Tabuerant cerae, nudos quatit ille lacertos,
Et trepidat, nec, quo sustineatur, habet.
Decidit, atque cadens pater o pater auferor inquit
Clauserunt virides ora loquentis aquae.
At pater infelix, non iam pater, Icare clamat
Icare clamat, ubi es? quone sub axe volas?
Icare clamabat, pennas aspexit in undis,
Ossa tegit tellus, aequora nomen habent.
Non potuit Minos hominis compescere pennas,
Ipse Deum volucrem detinuisse paro.
Fallitur Haemonias si quis decurrit ad artes,
Datque quod a teneri fronte revellit equi.
Non facient ut vivat amor, Medeides herbae.
Mistaque cum magicis Marsa venena sonis.
Phasias Aesonidem, Circe tenuisset Ulyssem,
Si modo servari carmine posset amor.

moveat, equa excitatur, furitque agnito eo odore, qua propter id a veneficis petitur, et praeripitur mulierculis. Medeides herbae, veneficae herbae, quibus utebatur Medea, has etiam Hecateides ab Hecate appellavit Ovidius in Metamorphoseon. Ut vivat amor, ut diutius duret. Marsa venena, herbarum succos dicit, aut carmina quibus Marsi utebantur. Ovidius de Medicamine faciei, si modo liber est Ovidii. Nec mediae Marsis finduntur cantibus angues, aut certe serpentes dicit a Marsis domitos, quorum membrana in veneficiis miscebat. Ovidius in Metamorphoseon. Nec defuit illi Squamea Cyniphei tenuis membrana Chelydri. Marsi autem populi fuere in Italia Albae finitimi prope Fucinum lacum, ut docet Strabo, dicti a Circes filio Marso, ut Plinius scribit, vel a Marsia Phrygio, ut Silius voluit. Hi erant terrori serpentibus, tactu ipso levant percussos suctuque medico. Gellius etiam scribit, Marsorum genti datum esse, ut serpentium virulentorum domitores sint, et incantationibus, herbarumque succis faciant miracula medelarum, de Marsis Silius in octavo ita scribit. At Marsia pubes, Et bellare manu, et Chelydris cantare soporem, Viperumque herbis hebetare, et carmine dentem. Aeetae prolem angitiam mala gramina primam Monstravisse ferunt, tactuque domare venena. Et Lunam excussisse polo, stridoribus amnem Frenantem, ac silvis montem nudasse vocatis. Sed populis nomen posuit metuentior hospes Cum fugeret Phrygios trans aequora Marsia crenos. Mygdoniam Phoebi superatus pectine Loton. Cum magicis sonis, cum carminibus magicis. Phasias Aesonidem, exemplis ait non posse magicis carminibus amorem conciliari. Phasias autem Medea appellatur a Phasi Colchorum fluvio. Luca. Colchorum qui rura secat ditissima Phasis. Aesonidem, Iasonem Aesonis filium. Is enim Medeae opera Aeetae regis filiae rapto aureo vellere, & ea in uxorem ducta in Thessaliam rediit. Mox cum ea ad Creontem Corinthiorum regem diverteret, cuius filiam Creusam, quam Diod. Glaucam apellat, duxit uxorem, repudiata Medea, ut in. v. Diod. elegantissime docet. Circe tenuisset Ulyssem, Sol (ut Diod. refert) duos procreavit pueros Aeetem et Persem, e Perse nata est Hecate, quae prima aconitum invenit, patrem veneno sustulit, nupsit primum Aeetae patruo, genuitque liberos tres, Circam, Medeam, et Aegialeum. Deinde Sarmatarum regi, quem veneno absumpsit, et cum subditos vexaret, expulsa in Italiam venit, inque eo promontorio, quod ab ea Circeum dictum est, resedit. Poetae tamen dicunt Circam ex Sole et Persa Oceani filia ortam, quae (ut Ovi. scribit in Meta.) cum ad se venisset Ulysses solus a Mercurio doctus evasit. In obsceno carmine legimus Circen ab Ulysse abstinuisse ob mentulae crassitudinem, qua delectabatur. Is eam postea uxorem duxit, et in eius gratiam, socios omnes reformavit, et annuo spacio cum ea moratus discessit, non sine magno Circes dolore. Carmine, incantatione. Virg. Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis. Philtra pallentia, quae reddunt homines pallidos. Philtra enim pocula et venena sunt, quae amorem ingerunt. Apuleius in Magia, Philtra omnia undique eruunt, et Iuvenalis. Hic Thessala vendit Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti. Quod tibi ut ameris. Sit licet antiquo Nireus, Nireus Caropei filius et Aglees ex Sime insula tribus navibus ad bellum troianum profectus omnium pulcherrimus fuisse scribitur ab Home. in. ii. Iliados praeter Achillem. De eo Diodo. quoque ita scribit. In Sime postmodum regnavit addita Cnidae parte Nireus Caropi atque Aglaiae filius speciosus admodum, qui cum Agamemnone ad Troiam profectus est. Propertius, Nirea non facies, quamvis sit candida cepit, et Horatius, Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa raptus ab Ida. Antiquo Home-

Marsis

Phasias
Phasis

Circe

Hecate

Philtra

Nireus

ro,veteri.(nam (vt ex Plutarcho dicitur) quidam eam,dicunt fuisse belli Troiani tempore, eiusdēq; spectatorem, vt non immerito ab eo amari potuerit Nireus.Gellius tñ scribit Homerū vixisse an-
Hylas nis plus.c.atq;.lx. post bellum Troianum. Hylas tenet,cū Hercules per Driopas iter faceret,a Thiodamante,quē aratrum inuenerat,cibus petijt. Sed cum ille ei negaret, Hercules bouem ab aratro deductum mactauit, inter eos pugna orta,thiodamas perijt. Tū Hylam eius filiū Hercules abduxit , qui et a patre Thiodamantius dicitur a Propertio.Sed cū Argonautę in Bithyniam venissent.Hylas ab Hercule aquam missus a nymphis ob eius pulchritudinem raptus dr. Iuuenalis Et multis quęsitus Hylas,vrnamq; secutus. Flaccus tamē in Argonauticis scribit Hylam dum ceruum a Iunone immissum insequitur ad fontem peruenisse,in quo dū se abluit, a nympha Dryope raptus fuit.

Crimine Naiadum, nympharum amore, vel certe insidijs nympharum a qbus captus est. Corpus artē,quasi sulcos ducant in corpe.. Per
Ingenuę artes vel liberales artes ingenuas , per artes liberales . Sunt autem īgenuę artes, disciplinę,quę ingenuis hominibus ingenueq; educatis dignę sunt. Sic enim et in Oratore Cicero eas appellat.Hę quoq; liberales dicuntur,qr homine libero dignę sunt,vt docet Seneca.

Duas linguas, gręcam et latinam . quod etiam Fabius pręcipit.

Torsit amor. cruciauit. Aequoreas Deas,
Calypso Calypso (vt Hesiodus scribit) Nympha fuit Oceani et Tethyos filia,Homerus tamen eam Atlantis filiam fuisse scribit . Sic etiam ex nostris Tibullus. Non amor et foecunda Atlantidos ora Calypsus.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis, vimq; furoris hñt.
Sit procul omne nefas, vt ameris, amabilis esto,
Quod tibi non facies,solaue forma dabit.
Sit licet antiquo Nireus adamatus Homero,
Naiadumq; tener crimine raptus Hylas.
Vt dominam teneas,nec te mirere relictum,
Ingenij dotes corporis adde bonis.
Forma bonū fragile est, qūtūq; accedit ad ānos
Fit minor, & spatio carpitur illa suo.
Nec semper violę,nec semper lilia florent,
Et riget admissa spina relicta rosa.
Et tibi iam venient cani formose capilli,
Iam venient rugę,quę tibi corpus arent.
Iam molire aīum,qui duret, & astrue formā,
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit, & linguas edidicisse duas.
Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses,
Et tamen ęquoreas torsit amore Deas.
Ah quoties illum doluit properasse calypso,
Remigioq; aptas esse negauit aquas.
Hęc Troię casus iterumq;,iterumq; rogabat,
Ille referre aliter sępe solebat idem.
Littore cōstiterant,illic quoq; pulchra Calypso
Exigit Odrysij facta cruenta ducis.
Ille leui virga (virgam nam forte tenebat)
Quod rogat, in spisso littore pingit opus.
Hęc (inqt) Troia est (muros in littore fecit)
Hic tibi sit Simois,hęc mea castra puta.
Campus erat (campū fecit) quē cęde Dolonis
Sparsimus, Hęmonios dū vigil optat equos.
Illic Sithonij fuerant tentoria Rhesi,
Hac ego sum captis nocte reuectus equis.
Pluraq; pingebat,subitus cum pgama fluctus
Abstulit, & Rhesi cum duce castra suo.

et in obsceno carmine.Hic legimus Circem,Atlantiademq; Calypso.Ea, habitauit in mari Africo:
iuxta Ionium versus Syrtis Calypson insulam: **Calypsos insula**
quam Homerus Ogigiam appellat,ad quam naufragus Vlysses,socijs tempestate amissis, relicta Circe peruenit, eamque illius amore captam, sibi ita arcte conciliauit, vt immortalitatem pollicentur,si vellet secum permanere. Sed post septimum annus discessit Iouis imperio, non sine multis lachrymis ipsius nymphę, dicente Propertio, At non sic Ithaci digressu mota Calypso Desertis olim fleuerat ęquoribus.Multos illa dies incomptis męsta capillis. Sederat iniusto multa locuta salo.

Ducis Odrysij, Rhesi regis Thracię.
Odrysium autem **Odrysag gens**
eum appellat ab Odrysarum gente, quā in Thracia fuisse Plinius docet . Martialis . Quatenus Odry-
sios iam nos Romana triumphos. Rhe- **Rhesus Thracię rex**
sus autem rex Thracię Eronei filius fuit, q cū cādidissimis & pernicissimis eqs et curru auro argētoq; ornatissimo in auxilium Troianorum venerat, sed noctu a Diomede , et Vlysse interfectus est,et equi abducti fuere, vt Homerus in decimo Iliados ostendit. Virgilius , Nec procul hinc Rhesi niueis tentoria velis . Agnoscit lachrymans,primo quę prodita somno Tideus multa vastabat cęde cruentus, Ardentesque auertit equos in castra, priusquam Pabula gustassent Troię. Xanthumque
bibissent. Simois,Simois fluuius est iuxta Troiam ex Ida decurrens Facit genitiuum Simoentis. **Simois** Virgilius,Xanthum Simoentaq; testor. Cęde Dolonis Dolon (vt in decimo Iliados scribit
Homerus) Eumendis filius, a Troianis missus **Dolon**

ſpeculator Græcorum caſtra, pactus pro remune, ratione Achillis equos, in Diomedem et Vlyſſem incidit, qui ſpeculatum quoq; ierant ad Troianos. illi promiſſa ei impunitate, Troianorum, cõſilia ab eo didicere, inter cętera facti certiores de aduentu Rheſi Dolorem interficiunt, Thracum caſtra aggrediuntur, equi inde abducti ſunt. Hęmonios equos, equos Achillis ex Phthia vrbe Theſſalię. Ouid. in primo Triſtium. Nó foret Eumenides orbus, ſi filius eius Stultus Achilleos nõ adamaſſet equos. Sithonij, Threicij. Nam (vt Gellius ſcribit) Thracia Sithon prius dicebatur. Herodo. in ſeptimo Olynthum regionem poſtea Sithoniam appellatam fuiſſe aſſerit. Subitus fluctus, ſubito et ſtatim ortus. Abſtulit perga, ma, vaſtauit perga, ma in littore deſignata. Tum Dea, Calypſo. Timide cõfide, timidus ſpes pones in pulchritudine tua. Indulgẽtia dextera, obſequioſa, et propitia. Capit mentes, allicit puellas. Aſperitas, ea eſt indulgentię contraria. In armis, in prelijs, et rapina. In pauidum pecus, in oues et agnos. Turres, columbaria, periſteriones. Chaonis ales, columba Epirotica, ſpecies pro genere. Chaonia pars eſt Epiri a Chaone Troiano appellata, vt voluit Maro, erat illic templum Iouis Dodonei, quod (vt Strabo ſcribit) mõti Tomaro ſubiectum Pelaſgi condidere, vbi columbę humana voce dabant reſponſa. Quas colat, propter eius manſuetudinem. Amarę lin

Chaonia

Iuppiter Dodoneus

gue, aſperę, et contumelioſę. Litę fugant, vxores de dote cum maritis contendant, non amantes, inter quos hęc inimiciarum cauſa minime intercedit. Rem ſibi ſemper agi, ſignate verbis vſus eſt, quibus in diuortijs vtebantur. Dicebant. n. tuas res tibi habeto, tuas res agito. Vnde apud Apuleium nothus Cupido ita Psychen vtebatur alloquitur. Confeſtim toro meo diuorte, et tibi res tuas habeto. Aliter vero dixit Martialis Criſpulus agere res vxoris. Sonos optatos, placida verba. Non legis iuſſu, non iugali lege. Quam multos dies, qua excluſit me amica. Et cauſas quicquid amoris habet, ordo eſt, Quicquid amoris habet cauſas, ſcilicet ioca ſubaudi ſit. Domat, cicures facit. Tumidosq; leones, ſuperbos. Gerunt enim ſpiritus maxime generoſos, adeo vt venãtum, et canum, vi vrgente, contemptim cedant in campis, et vbi videri poſſunt, ſed vbi virgulta, ſiluasq; penetrauerint. acerrimo curſu ferũtur, velut deputantes abſconſiones turpitudinem. Primus autem Hãno e clariſſimis Pœnorum leonem manſuefacere auſus eſt, damnatusq; illo argumento, quoniam viro tam artificis ingenij nõ tuto libertas crederetur, cui, ceſſiſſet etiam feritas. Quid fu. aſperius, Idem etiam inquit Propertius, Melanion nullos fugiẽdo tulle labores, Sęuitiam durę contudit Iaſidos. Nonacria Ata. Atalãta Arcadica a Nonacri vrbe appellata. Duas et Atalãtas fuiſſe legimus alteram nobilis curſu, alteram vero Arcadica, &

Verba q

Leones

Nonacrina Atlantaone

Tum Dea, quas inquit fidas tibi credis ituro,
Perdiderint vndę nomina quanta vides?
Ergo age fallaci timide confide figurę
Quisquis es, atq; aliqd corpore pluris habe.
Dextera pręcipue capit indulgentia mentes,
Aſperitas odium, ſęuaq; bella monet.
Odimus accipitrem, quia viuit ſemp in armis,
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.
At caret inſidijs hominum, q: mitis hirundo eſt,
Quasq; colat turres Chaonis ales habet.
Eſte procul lites, et amarę pręlia linguę,
Dulcibus eſt verbis mollis alendus amor.
Lite fugant nuptęq; viros, nuptasq; mariti,
Inq; vicem credunt rem ſibi ſemper agi.
Hoc decet vxores, dos eſt vxoria lites,
Audiat optatos ſemper amica ſonos.
Non legis iuſſu lectum veniſtis in vnum,
Fungitur in vobis munere legis amor.
Blanditias molles, auresq; iuuantia verba
Affer, vt aduentu lęta ſit ipſa tuo.
Non ego diuitibus venio pręceptor amandi,
Nil opus eſt illi, qui dabit, arte mea.
Secum habet ingeniũ, qui cũ libet, accipe dicit.
Cedimus, inuentis plus habet ille meis.
Pauperibus vates ego ſum, q: pauper amaui,
Cũ dare non poſſem munera verba dabã.
Pauper amet caute, timeat maledicere pauper,
Multaq; diuitibus non patienda ferat.
Me iratum memini dominę turbaſſe capillos,
Hęc mihi q̃ multos abſtulit ira dies?
Nec puto, nec ſenſi tunicam laniaſſe, ſed illa
Dixerat, et pretio eſt ipſa redempta meo.
At vos (ſi ſapitis) veſtri peccata magiſtri
Effugite, et culpę damna timete meę.
Pręlia cum Parthis, cum culta pax ſit amica,
Et iocus, et cauſas quicquid amoris habet.
Si nec blanda ſatis, nec erit tibi comis amica,
Perfer, et obdura, poſt modo mitis erit.
Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus,
Franges, ſi vires experiere tuas.
Obſequio tranantur aquę, nec vincere poſſis
Flumina, ſi contra, q̃ rapit vnda, nates.

qua nunc Oui. intelligit ex qua natus est Parthenopęus hūc amauit Hylęus et Melaniō,q obsequijs tādē puellę potitus est,vt docet Proper. Notior alter erat,arcus Cupidinis. Numeros ebur.tesseras, quę alio noīe quadrātalia,gręce vero cubos appellamus. Tu male iactato,vt te vincat amica. Tu bene iacta dato,con

Tesserę Quadrātalia Cubi

tis tui,nā q ludūt calculus,insidiantur semp collusoribus,et is ludus est,quasi pugnę cuiusdā simulachrū. Tuus miles,tuus calculus,qui in eo certamine militis partes agit Calculi enim duas in partes diuisi sunt,et alij milites,alij hostes dōr. Fac pereat,capiatur,tunc enim dī perire. Ab hoste vitreo, ab hostili calculo, qui ex vitro cōfla bat. Vmbracula, vmbraculū, vel vmbella ab vmbra deducitur. Est aūt capitis tegmentū aduersus solē.Martialis. Accipe quę nimios vincāt vmbracula soles, Sic licet et ventus te tua vela tegent. Distincta,diuisa.Alij legunt distenta.i.lata.

Obsequium tigresq; domat,tumidosq; leones;
Rustica paulatim taurus aratra subit.
Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa viri.
Sępe suos casus,nec mitia facta puellę
Flesse sub arboribus Melaniona ferunt.
Sępe tulit iusso fallentia retia collo,
Sępe fera toruos cuspide fixit apros.
Sensit et Hylei contentum saucius arcum,
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
Non te Męnalias armatum scandere siluas,
Nec iubeo collo retia ferre tuo.
Corpora nec missis iubeo prębere sagittis,
Artis erunt cautę mollia iussa meę.
Cede repugnanti,cedendo victor abibis,
Fac modo quas partes illa iubebit,agas.
Arguit,arguito,quicquid probat illa,pbato,
Quod dicit,dicas,quod negat illa,neges.
Riserit,arride,si flerit,flere memento,
Imponat leges vultibus illa tuis.
Seu ludet,numerosq; manu iactabit eburnos,
Tu male iactato,tu bene iacta dato.
Seu iacies talos,victam ne pęna sequatur,
Damnosi facito stent tibi sępe canes.
Siue latrocinij sub imagine calculus ibit,
Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.
Ipse tene distincta tuis vmbracula virgis,
Ipse face in turba,qua venit illa,locum.
Nec dubita tereti scamnum producere lecto
Et tenero soleam deme,vel adde pedi.
Sępe et dominę,quāuis horrebis et ipse,
Algentis manus est calfacienda sinu.

cede illi pūcta multorū. Seu iacies talos talus tectus est in articulo pedis,vētre eminens,in vertebra ligatus,vt Pli. docet, quo veteres in ludēdo vsi sunt.Hūc gręci Astragalū appellāt,et Astragalizontes dīr a Pli. talis ludētes. Taloꝝ aūt inuentorē Plato in Phedro, Theuth priscoꝝ quēdā Deoꝝ Ægyptioꝝ fuisse scri. his verbis.Dęmoni āt ipsi nomen Theuth, hunc primū numeꝝ et cōputationē inuenisse numeroꝝ,geometriā quę et astronomiā,taloꝝ rursus aleariūq; ludos,et litteras audiui. Herodotus vero ī primo docet,Lydos primos nūmum aureum,argētūq; ad vendū percussisse, ac ēt primos caupones, institoresq; extitisse,eosdēq; excogitasse aleę, tesserarūq; ludum et pilę,et cętera genera lusoria pręter quā talaria. Ne pęna sequator, ne doleat amica se ee a te superatā. Dānosi facito,i talis iactus, qd vnitatē signat.Canis siue canicula dicebatur,ē semper iactu ras afferebat.Persius.

Talus
Astragalus
Astragalizontes
Taloꝝ inuentor
Lydorum inuenta
Canis

Suis virgis, vel calamis,vel pennis, ex quibus fiunt vmbracula,aut certe velū ab amante virgis latus sustentādū esse admonet, vt et in quinto Fastoꝝ,l festo Anne pēnę.Pars ibi pro rigidis calamos statuere colūnis, Desup extentas imposuere togas. Deme soleas, oīa quibus plantarū calces tantum in fine tegūtur,cętera pro pe nuda ac tentibus habenis iuncta sunt, soleas appellari scribit Gellius, crepidas vero voce gręca. Ille fatigatę,ordo est,ille,q meruit celū etc. Creditur tenuisse calathum, designat aūt Herculem qui(vt Diodorus scribit) cū Iphitum ex turri Tirynthia precipitasset,et purgari mox

Vmbraculū seu vmbella
Soleę seu crepidulę
Hercules venditus seruiuit.

Scire erat in voto dānosa canicula quantum Raderet.Erat pręterea in talis Venus,siue Cous,et numeꝝ septenarium cōtinebat. Alia duo latera chius et Senio dicebant,ternariū ille,hic quaternarium numeꝝ cōplectebat,hic ludus nūc in desuetudinē abiit. Siue latrocinij sub imagine calculus,calculus is est,qui etiam latro,siue per diminutionē latrūculus appellatur,vulgo schacū dicimus. Martialis.Hic mihi bisseno numeratur tessera pūcto Calculus,hic gemino discolor hoste perit. Sub imagine latrocinij,sub forma rapiendi et occidēdi mili

Venus vel cous
Chius
Senio
Calculus seu latro

vellet, vendiq; oportuit ex oraculo Apollinis, vt eo precio Iphiti liberis satisfaceret Omphale regine Lydorum venditus, regionem latronibus purgauit,demum femino habitatus, ex omphale Lamum filium sustulit, cui ita indulsit, vt omnia faceret, quę illa imperasset, vnde Terentius in Eunucho ait, Qui minus huic, quam Hercules seruiuit Omphalę. Fatigate nouercę, Iunonis iam defesse imperando tam multa, virgilius, Vt duros mille labores Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquę

Iuppiter [illegible]pe puta, quāuis sit turpe, placebit,
[illegible]a speculum sustinuisse manu.
Hic fatigatę perdendo monstra nouercę,
Qui meruit cęlum, quod prior ipse tulit.
Inter Ionicas calathum tenuisse puellas
Creditur, & lanas excoluisse rudes.
Paruit imperio dominę Tirynthius heros,
I nunc, & dubita ferre, quod ipse tulit.
Iussus adesse foro, iussa maturius hora
Fac semper venias, nec nisi serus abi.
Occurras aliquo tibi dixerit, omnia differ,
Curre, nec inceptum turba moretur iter.
Nocte domū repetens epulis pfuncta redibit,
Tunc quoq; pro seruo, si vocat illa, veni.
Rure erit, & dicet venias, amor odit inertes,
Si rota defuerit, tu pede carpe viam.
Nec graue te tēpus, sitiensue Canicula tardet,
Nec via per iactas candida facta niues.
Militię species amor est, discedite segnes,
Non sunt hęc timidis signa tuenda viris.
Nox, & hyems, longęq; vię, seuiq; labores
Mollibus his castris, & dolor omnis adest.
Sępe feres imbrem cęlesti nube solutum,
Frigidus & in nuda sępe iacebis humo.
Cynthius Admeti vaccas pauisse Pheręas
Fertur, & in parua delituisse casa.
Quod Phębū decuit, quē nō decet? exue fastus,
Curam mansuri quisquis amoris habes.
Si tibi per tutum, placitumq; negabitur ire,
Atq; erit opposita ianua fulta sera,

Hercules cęlū sustinuit

Pertulerit. Meruit cęlum, et propter virtutem, & quia erat filius Iouis. Virgilius, Aut ardens euexit ad ethera virtus. Dijs geniti potuere. Quod prior ipse tulit, Hercules cęlum ab Atlante susceptum sustinuit, quod ideo fingitur (vt Seruius scribit) quoniam Atlas ei tradidit cęli scientiam. constat enim Herculem fuisse philosophum, vnde nō immerito tot monstra dicitur vicisse. Diodo. scribit latrones quosdam Atlantis filias rapuisse, eosque ab Hercule fuisse interfectos, puellas vero Herculem Atlanti patri restituisse, quo beneficio Atlas non solum dignus facto muneribus donauit Herculem, sed astrologiam insuper docuit, in qua cum operam, curamq; impēdisset precipuam, ob spheram astrorum a se inuentam, orbem suis ferre humeris existimatus est. Hercules quoq; cum spheram ad grecos transtulisset, magna est gloria potitus existimatus est. Hercules quoq; cum spheram ad Grecos transtulisset, magna est gloria potitus, existimantibus eum omnibus Atlātico orbi successisse.

Ionia Męonia Lydia

Inter Ioniacas puellas, inter puellas Męonias. Ionia pars ē minoris Asię. Męonia, Lydia, Ionia ita iungunt, vt vix assignare possint limites, auctore Strabone, vnde poetę hęc nomina sępe cōfundunt. Tenuisse calathum, nam apud Omphalem pro ancilla seruiuit, et clauam, leonis pellem, arcū, sagittasq; concessit Omphalę, ipse vero monilia, gemmas, mitram, zonam, cęteraq; mulierum gestamina sumpsit, neuitq; et interdum. Tirynthius, Hercules a Tirynthio oppido appellatus, ex quo postea Eurystheus illū veluti sibi insidiantem eiecit cum matre Alcmena. Adesse foro, vt eius cām tuearis in iudicio. Omnia differ, peculiaria negocia in aliud tēps permitte. Nec inceptum, vide ne occursu alicuius impediat offm̄ tuū erga amicā. Epulis pfuncta, cęnata. Si ro. si currus. Graue tēps, grauis cęli tēperies, designat aūt frigus. Si-

Męra

tiensue Canicula, Icarus (vt Hyginius tradit) canē habuit nōie Męram, qui post casus Erigonis eius filię a Ioue inter sydera collocatus sua appellatione, et spē, canis, siue canicula est appellatus, a Gręcis Procyon dr̄, q̄ ante maiorē Canē oriat, apparet aūt

Canicula gręce Procyon

Canicula (vt docet Columella). vij. calē. Augu. idem scri. Idibus Iulijs Procyōa exoriri mane, et tēpestatem signare Ouid. in. v. Fast. Canē oriri scri. nocte, q̄ pcedit diē. xij. calendarū Iuniarū, oriēs aūt cū Leone, ęstu oīa vrit.

caniculę effectus

Huius syderis effectus amplissimi in terra sentiuntur, nā (vt Pli. docet) feruēt maria, fluctuāt in cellis vina, mouēt stagna, canes in rabiē aguntur. Oui. in Fast. Est canis, Icariū dīt, quo sydere moto, Tosta sitit tellus, pripiturq; seges. Scribit et Plin. in xviij. Procyona apud Romanos nomē nō hre, nisi caniculam, hoc est minorē canē volumus intelligi.

Mollibus his castris, in qbus mollis appetitur voluptas.

Cynthius Admeti, Apollinis exemplo amatorē q̄z dicit debere oīa pferre, vt amicā potiat. Apollo (vt Ser scri.) ob occisos Cyclopas spoliatus diuinitate Admeti regis Thessalię. ix. ānis pauit armēta, qd̄ iō fingit, qm̄ (vt Macr. scri.) Sol pascit oīa, q̄ terra pgenerat. Vñ non vnius generis, sed oīum pecoꝝ pastor canit. Pastor aūt Apollo amauit Issen Macarei filiā Ouid. in Met. Vt pastor Macareida lusserit Issen, amauit q̄z Oenonem nymphā, dicente ipsa apud Oui. Ipse repertor opis vaccas pauisse Pherças Fert, & e nostro saucius igne fuit, amauit et (vt alij volūt) Alcestē Pelię filiā, et vxorē Admeti regis, quā tamen hic Oui. signare vr̄.

Apollo seruiuit

Pheręas, Thessalas. Pherę. n. oppidum est Thessalię Pelasgicoꝝ campoꝝ terminus, vt Stra. docet. legit et Peręstus.

Pherę

Exue fastus, pone supbiam. Tecto delabere aperto, inuenias viā p tegulas. Alta fenestra, p fenestram et ingredere. Vt cām tibi se sciet esse pericli, cum acceperit te eius cā piculum adijsse. Sępe tua potaras,

Leandrum sępenumero adisse mortis periculum constat, quo se fidum amicę ostenderet, cū ea potuis- set carere, nota est fabula. Demeruisse, beneficio aliquo pcilasse. Sed tū et seruo, seruis amicę ali- qd ē dandū esse dicit. Porrige et ancillę, ordo ē, Porrige et manus ancillę, q̄ Gallica lusa maritali veste luce pepēdit pe- nas.

uocare magno cū tumultu illi ad pugnā egredie- bātur, cū ad vallū venissent hostiū, q somno sese de- derāt, hoc minus expectātes castra occupant, et plu- rimos ferro trucidāt. Hęc nunc Iunij, nunc Quinti- lis nonis gesta sunt, et solemne illud certamen co- gnomen illius rei factū est. Primū.n. p vrbē ągre-

At tu per precepš tecto delabere ap... [illegible]
Det quoq; furtiuas alta fenestra [illegible]
Lęta erit, vt causam tibi se sciet esse pericli,
Hoc dominę certi pignus amoris erit.
Sępe tua poteras Leandre carere puella,
Tranabas, animum nosset vt illa tuum.
Nec pudor ancillas, vt queq; erit ordine p̄ma,
Nec tibi sit seruos demeruisse pudor.
Nomine quēq; suo (nulla est iactura) saluta,
Iunge tuas humiles ambitiose preces.
Sed tamē ē seruo (leuis est impensa) roganti,
Porrige fortunę munera parua tuę.
Porrige ē ancillę, quę pęnas luce pependit,
Lusa maritali Gallica veste manus.
Fac plebem (mihi crede) tuā, sit semp in illa
Ianitor, ⁊ thalami qui iacet ante fores.
Nec dominam iubeo ptioso munere dones,
Parua, sed e paruis callidus apta, dato.
Cū bene diues ager, cum rami pondere nutāt,
Afferat in calatho rustica dona puer.
Rure suburbano poteris tibi dicere missa
Illa, vel in sacra sint licet empta via.
Afferat aut vuas, aut q̄s Amaryllis amabat,
Et nunc castaneas, nunc amat illa nuces.
Quin etiam turdoq; licet, missaq; corona
Te memorem dominę testificare tuę.

Porrige ē ma- nus ancillę, dona ē aliqd ancillę. Alr ve- ro scandēs manū di- citur porrigere.

Quę Gallica. q̄ an- cilla ex gente Gallię.

Lusa maritali ve- ste, decepta veste ma- riti, credēs.n. ancilla adulterū introducere nocte ad dñam, Iscī- ens maritū alia veste indutū, vt fidē vxoris experiret, recepit, id qd ē cephalū fecisse scri. Ser. Habitum.n. mercatoris accepit. Oui.ē in Met. Auro- rā eius figurā immu- tasse scribit. Luce pe- pēdit pęnas, q: cum maritus dephēdisset eam eē vxoris lenā, mane illā pulsauit. Sunt q ita legāt, Por- rige ē ancillę, quę pę- nas luce pependit, vt sit ordo, Porrige ē an- cillę ea luce, quę ma- nus Gallica lusa ma- ritali veste pependit pęnas, hoc est dona ē ancillam aliq̄ mu- nere nonis Iulijs, quē olem Romę ancillę magnifice ornatę circūeun- do, iocandoq; cū occurrentibus scōmatibus agunt. Ferunt.n. Latinos siue vt occasionē belli q̄rerent, si- ue vt sic plane vellent rursus sanguinē Romanū suo admisceri a Romanis ṽgines mulieres petijsse dubitantibus Romanis qd agendū eēt nondū hor- ridū bellū imineret, nec iā vires recuperassent bello Gallico afflictas, timerētq; ne Latini cū Romana cōnubia peterēt, obsides p insidias q̄rerent, ancillā noīe Titula, vel (vt qdā dicūt) Philotida principes monuit, vt ancillas in morē nobilis sponsę orna- tas cū ea mitterent, reliqua vero se curaturā. Prin- cipes psuasi habito delectu ancillarū illas et auro et veste ornatas. Latinis, q nō pcul vrbe psedebāt, mi- serūt noctu cęterę ancillę gladios hostibus subdu- xerunt. Titula vero caprificū excelsum ascendens post terga veste reiecta Romam versus, quēadmo- dū cū principibus puenerat, flāmā eleuauit. Qua- re postq̄ pncipes festinando milites exhortantes cō

gari ābulantes, mul- torū noīa ē prima ē cōia magna voce ap- pellāt, vt Macr. vt. C. vt Luci. et his similia, imitantes eā appella- tionē, qui tūc mutuo cōpellādo ex industria vtebant, deide ancil- lę magnifice ornatę circūeundo, iocādoq; cū occurrētibus scom- matibꝰ agūt, certātq; īter se imagines eius certaminis, qd cū La- tinis habuerāt effin- gere. Cū vero cōuiuā- tur, vmbra fici tegūt, et diē illū caprotinas nonas appellant, ut putāt pp ficū illam, quā ancilla ascendit, ac flāmā extulit, nāq; siluestrē ficū caprifi- cū vocāt, auctor Plu. i vita Camilli. Histo- riā ē refert Macr.li. Satur.pri. Porrige et ancil. dona ē an- cillā dñę tuę aliquo munere. Ea luce, eo die Videt āt alludere ad flāmā, quā Titula e caprifico eleuauit.

Quę manus Galli. qua die Latinus exer- citus sedato tumultu Gallico, eodem alo, quo Galli Romanos adortus est, qd nisi ita exponas, vř poe- ta intelligere eos Gallos fuisse nō Latinos, ꝫ Plutar. et Macro. snīas q̄uis tū Plut. alibi in eo libello, quē appellauit Synagogin. i. ągregationem q̄dam hi- storiarū Parallelarū Romanorū, et Grecorū refert Atepomarū Gallorū regē cum Romanis bellū gerē- tē petijsse, id qd Sardiniani a Smirnęis petierant, li- ętē vxores ad libidinem, et missę sunt ancillę libera- li ornatu, ⁊ post libidinē Gallis magno somno op- pressis Aretana ancilla ascēdit caprificū, et Roma- nis signū dedit. quo dato Romani erumpētes Gal- los pstrauerunt, et dies festus noie ancillarū insti- tutus est, Aristidem āt huius rei testē esse refert in primo rerū Italicarū. Lusa, decepta. Maritali veste, cōiugali veste, q̄ ancillę indutę ad eos accesse- runt. Maritalis.n. vestis nō a marito venit, sed a Marita noie. Oui. Et fas eē facit sue marita soror. Pepēdit pę. q: Gallos vino sōnoq; sepultos Ro-

mani facto ipetu trucidarūt in castris. Ianitor, Ianitor est, qui ianuę pficit. Tibul. Et sedeo durus ianitor ante fores. Cū bn̄ diues ager, nō gēmas, nec aurū, sed dona rustica mittēda eē dicit. Pon dere nutāt, dū rami prę nimia pomorū copia cur uant. Rure suburr. ex prędiolo tuo in suburbijs.

Simul illic Quod captator emat lenas, aurelia vē dat. Orba senectus, senectus sine liberis. Habent crimē, fraudē ptinēt, q: nō amore aliqd tribuūt, sꝫ vt maiora assequant. Vtraq; laudet, et docta et Idocta. Cōmēdet carmina, de amica carmina cō posita iter legēdū facito, vt vocis suauitate elegātio

Turpiter his emit spes mortis, et orba senectus
 A! pereant, per quos munera crimē habēt.
Quid tibi pcipiā teneros quoq; mittere versus?
 Hei mihi nō multū carmen honoris habet.
Carmina laudant, sed munera magna petunt
 Dū modo sit diues barbarus, ille placet.
Aurea sunt vere nunc sęcula, plurimus auro
 Venit honos, auro conciliatur amor.
Ipse licet venias musis comitatus Homere,
 Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Sunt tamen et doctę rarissima turba puellę,
 Altera, non doctę sed tamen esse volunt.
Vtraq; laudetur per carmina, carmina lector
 Commendet dulci qualiacunq; sono.
His ergo, aut illis, vigilatum carmen in ipsas
 Forsitan exigui muneris instar erit.
At, quod eris per te facturus, & vtile credis,
 Id tua te facito semper amica roget.
Libertas alicui fuerit promissa tuorum,
 Hanc tamen a domina fac petat ille tua.
Si pęnam seruo, si vincula sęua remittis,
 Quod facturus eras, debeat illa tibi.
Vtilitas tua sit, titulus donetur amicę,
 Perde nihil, partes illa petentis agat.
Sed te, cuicunq; est retinendę cura puellę,
 Attonitum forma fac putet esse sua.
Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus,
 Siue erit in Cois, Coa decere puta.
Aurata est, ipso tibi sit pretiosior auro,
 Gausapa si sumit, gausapa sumpta proba.
Astiterit tunicata, moues incendia, clama,
 Sed timida caueat frigora voce roga.
Compositū discrimen erit, discrimina landa,
 Torserit igne comam, torte capille places.
Brachia saltantis, vocem mirare canentis,
 Et cum desierit, verba querentis habe.

In sacra via, emporio et vbi poma vendebant. Varro I li. de re rustica, Huiusce l. ǭ pomarij sūma sacra via, vbi poma veneūt, et Prop. Queq; nuēt sacra vilia dona via. Et i Obscęno carmine. Hęc ǭcūq; tibi posui vernacula poma De sacra nulla dixeris eē via. Sacra aūt via iō appellat ǭ i ea foedus ictū sit iter Romulū et Tatiū. Aut ǭs Ama ama, castāeas dicit, ǭs Mac. Heracleoticas appella ri scri. Sūptū at ē hoc ex eo Ma. Buc carmine. Castaneasq; nuces mea quas Amarilis amabat. Nūc amat illanuces, Iuglādes dicit, ǭ iter nuces pmū locū obtinēt. Sūt aūt nuces, ǭ duro tegūt cortice, ǭq; spēs plures pōit Mac. i Satur. Quin ēt. t. l. turdi (vt Pl. scri.) sermonē hūanū imitāt. agrippina claudij turdū hūit sermones olus imitātē, hi i Germāia hyeme maxie cernunt. Inter aues prię sūt celebrati ōis. Mart. Inter aues turdus, siqs me iudice certet. Inter ǭdrupedes glia pria lepus Mittebant āt i corona pēdēts. Mar. Texta rosis fortasse tibi vel diuite nardo, At mihi de turdis facta corōa placet. Missaq; corōa, turdis corona alligatis, vel re vera corona, ǭ in pultis vtebātur, vt diximus, vel lucanicā itellige, qua pultes coronatę mēsis apponebant. Mar. filia Picenę venio lucanica porcę, Pultibus hicniueis grata corōa datur. Turpiter h. e, captatores hereditatū execrat, ǭ viduabus mūcra mittebāt, vt īscriberēt heredes. Iu.

Castaneę
Heracleoticę
Iuglādes
Nuces
Turdi
Corona

ra videant. Carmen vigilatū, elegans carmē, et multa vigilia pulitū. In ipsas, in laudē ipsaꝝ. Erit i-star muneris, erit fortasse gratius perinde ac munus. Alicui tuorum, quem ex seruo liberum facturus sis. Vtilitas tua sit, quia non amittis seruum. Siue erit i Tyrijs, in veste purpurea, dicta a Tyro olim isula, postea Alexandri magni operibus facta est continens, nobilis conchilio, atq; purpura, vt Plini. docet. Siue erit i Cois, Cos insula est in Ęgęo ex aduerso atticę ab Helene quinq; millia passus distans, quę a latinis Cęa appellat, vt Plinius docet, vnde et Cous, et Cęus deduci potest. Cęa aūt vestis bōbycina erat ad luxū foeminarum inuenta adeo tenuis vt eas enudaret. Bombyces enim telas araneorū modo texunt, quos retorqueri, rursusq; texere inuenit in eo mulier Pamphile Platis filia, auctor Varro, Plinius, Solinus, et ante hos aristoteles libro de animalibus quinto. Aurata est, si est aurea veste amicta. Gausapa si sumit, Gausape vestis erat uillosa, quę hyemali et ęstiuo tempore gestabatur. Mart. Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est, Vt me vel media sumere messe velis. Astiterit tunicata etc: sensus est, si amica tunicata fuerit, prout bombice tenuissimo vtebantur matronę damorem effunde, illam monere tuu

Tyrus olim insula
Cos siue Cęa Isula
Cęa vestis
Bōbyces
Gausape

Tunica — uginem nimia tunicę lascinia et tenuitate, ob quã corpus nudare videbatur, eę in iuxũ fiebant. Nam tunica vestis erat, quę lõgiores vsq; ad digitos manicas hẽbat, fluebatq; vsq; ad talos, dicta a tuendo, vt scri. Varro. Mones incędia cla. dic eã nimia tunicę tenuitate, te ad coitũ lacescere. Discrimẽ, diuisio crinũ in capite.

strũ atq; ponẽtũ. Æqua, qz mutuo eum amabit. Nec vultu, videdũ est, ne vultu videaris aliter sentire, q̃ loquaris. Cũ modo frigoribus premimur, hęc est cã cur in Metamorphoseon appellat Ouid. Autumnos inęquales. Morosi, qui nimis exacte oĩa fieri cupit. Et veniat quę lu. an sacrũ p amicę salute faciendum

Ipsos concubitus, ipsum venerere licebit,
Q uod iuuat, ꝛ quędã gaudia voce notes.
Si fuerit turua violentior ipsa Medusa,
Fiet amatori lenis, & ęqua suo.
Tantum ne pateas verbis simulator in illis,
Effice, nec vultu destrue verba tuo.
Si latet ars, prodest, affert deprensa pudorem,
Atq; adimit merito tempus in omne fidem
Sępe sub autumno, cum formosissimus annus
Plenaq; purpureo subrubet vua mero.
Cũ mõ frigoribus p̃mimur, mõ soluimur ęstu
Aere non certo corpora langor habet.
Illa quidem valeat, sed si male firma cubabit,
Et vitium cęli senserit ęgra sui,
Tunc amor, & pietas tua sit manifesta puellę,
Tunc sere, quę plena postmodo falce metas.
Nec tibi morosi veniant fastidia morbi,
Perq; tuas fiant, quę sinit illa, manus.
Et videat flentem, nec tędeat oscula ferre,
Et sicco lachrymas combibat ore tuas.
Multa voue, sed cuncta palam, quotiesq; licebit
Q uę referas illi somnia lęta vide.
Et veniat, quę lustretanus lectumq;, locumq;,
Pręferat et tremula sulfur, & oua manu.
Omnibus his inerunt gratę vestigia curę,
In thalamos multis hęc via fecit iter.
Nec tamen officiis odium quęratur ab ęgra,
Sit tuus in blanda sedulitate modus.
Neue cibos prębe, nec amari pocula fucci
Porrige, riualis misceat illa tuus.
Sed non, quo dederas a littore carbasa, vento
Vtendum, medio cum potiare freto.
Dum nouus errat amor, vires sibi colligit vsu
Si bene nutrieris, tempore firmus erit.
Quẽ ẽ taurũ metuis, vitulum mulcere solebas,
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,
Q uas venit, multas accipit amnis aquas.
Fac tibi consuescat, nihil assuetudine maius,
Q uam tu dum capias, tędia nulla fuge.
Te semper videat, tibi semper prębeat aures,
Exhibeat vultus noxq;, diesq;, tuos.

Calamistrum — Torserit igne comam, si calamistro, hoc ẽ acu ferreo calefacto crispos fecerit capillos, vnde Diuus Hierony. ad Nepotianũ ita scri. Nec calamistro crispẽt comas sed pudicitiã habitu polluant. Saltantis, tripudiãtis, hic fit saltatio. Verba q̃ p tã cito desiunt. Voce no. qð fieri solet ĩ coitu. Violẽtior, asperior, difficilior ad amãdũ. Torua Me-

Torua Medusa — q̃ se intuẽtes mutabat ĩ saxũ, aut torua pp aspectũ, ẽ eius crines in serpẽtes mutatos a Minerua, cuius rei cãs docet Oui. in. iiij. Meta. vñ poetę fingũt Mineruaꝫ caput Medusę hẽre in pectore. Vir. ĩ octauo. Ægidaq; horrificã turbatę Palladis arma. certatĩ squãmis serpentũ auroq; polibãt, cõnexosq; angues, ipsamq; ĩ pectore diuę, Gorgona de secto vertitẽ lumina collo. Scribit ẽt Hom. in. viij. Ilia. Hectorẽ Grecos insequẽtẽ oculis, aut Gorgonęę Medusę, aut sanguinario Marti similẽ oĩa collustrasse. idẽ lib. v. scrib. Iouẽ ęgida humeris accomodasse, trilicẽ horrẽdã et vndiq; terrore ridimitã in ea robur, in ea cõtentio, in ea minax vociferatio, et atrox clamor, in ea deniq; inerat Gorgonis caput dirũ, terribile, et quo nullus vlterius nouit Iuppiter mon

Sacrum Isidis — esse dicit, cuius meminit Apuleius ĩ vl. timo Met. quo dicit summũ sacerdotem ida lucida, et Isidis tęda lucida, et ouo, et sulphure, solẽ nissimis precibus vsum fuisse, et Iu. Metusq; inuet Septembris, et austri Aduẽtum, nisi se centũ lustrauerit ouis, et Proper. l. iiij. Terq; meũ tetigit sulfuris igne caput. Ter bul. Ipseq; ter circum lustraui sulfure puro. Tremula manu, manu tremẽti propter ętatẽ. Nec amari pocula fucci, potionem aliquam amarã ad pellendũ morbũ efficacẽ. Riualis misceat illa tuus qui amat eandẽ amicã, quasi ad eum dẽ cõfluat riuũ, riualis appellaf. Sed nõ quo dede. affert nũc aliud pręceptũ Ouid. et aliã viam tenendam esse dicit. Quẽ taurũ metuis, exẽplis ait amorẽ vires vsu colligere ac tpe. Fac tibi pcuescat, fac tecũ viscat viuere. Posse regri. posse te ab ea peti. Tunc procul, tunc ab ea te aliquandiu amouebis. Da requiem, da amicę sine te respirandi spacium.

Nouale — Requietus ager, nouale dicit, quod (vt Plinius docet) alternis annis seritur. Credita, cõmissa femina. Terra arida, terra q̃ iã diu humore caruit. Phillida Demophoõ, absentes magis desyderari

Cum tibi maior erit fiducia posse requiri,
Tunc procul absenti cura futurus eris.
Da requiem, requetus ager bene credita reddit,
Terraq; celestes arida sorbet aquas.
Phyllida Demophoon p̄sens moderatius vssit,
Exarsit velis acrius illa datis.
Penelopen absens solers torquebat Vlysses.
Phylacides aberat Laodamia tuus.
Sit mora tuta brevis, lentescūt tempore curę,
Vanescitq; absens, & novus intrat amor.
Dum Menelaus abest, Helene, ne sola iaceret,
Hospitis est tepido nocte recepta sinu.
Quis stupor hic Menelae fuit? tu solus abibas,
Iisdem sub tectis hospes, & et vxor erant.
Accipitri timidas credis furiose columbas,
Plenum montano credis ovile lupo.
Nil Helene peccat, nil hic committit adulter,
Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.
Cogis adulterium, dando tempusq;, locumq;,
Quo, nisi consilio est vsa puella tuo?
Quid faciat? vir abest, & adest non rusticus hospes
Et timet in vacuo sola cubare toro.
Viderit Atrides, Helenen ego crimine solvo,
Vsa est humani commoditate viri.
Sed neq; fulvus aper media tam sęvus in ira ē,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes,
Nec lea, cum catulis lactentibus vbera prębet,
Nec brevis ignaro vipera lęsa pede,
Foemina q̄ socij deprensa pellice lecti.
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum, flammasq; ruit, positoq; decore
Fertur, vt Aonij cornibus icta Dei.
Coniugis admissum, violataq; iura mariti
Barbara per natos Phasias vlta suos.
Altera dira pa ē: (hęc est, quā cernis, hirūdo)
Aspice, signatum sanguine pectus habet.

probat exemplis. Nam quemadmodū Phyllis impatientius Demophoontis absentiam tulerit, Penelope Vlyssis, Laodamia Protesilai, satis patet ex Ovidij ep̄lis. Solers Vlysses, industrius, et peritus Vlysses. Torquebat Penelopē, absentia sua cruciabat Penelopē. Tuus Phyl. Tuus Protesilaus. Est enim patronymicū pro derivativo. Phylace (vt Stra. docet) est vrbs Phthiotice regionis Thessalię, cuius meminit Lucā. li. sexto, in q̄ protesilaus regnavit, vnde ipse phylacides cognominatus est, et eius vxor Laodamia phylaceia. Ovid. de ponto, vt vivat fama coniunx phylaceia, cuius Iliacā celeri vir pede pressit humū. Hic ad bellū Troianū p̄fectus, cum in Aulide tempestate moraretur, ab vxore Laodamia Acasti filia ep̄lam accepit, quę quantū ob eius absentiam anxia fuerit, facile ostendit. Sit mora tuta brevis, non diutius abstinendum esse dicit ab amicę conspectu. Lentescunt tempore, minuuntur intervallo temporis. Aliter a Vir. in Geor. dicit. Terra ad digitos lentescit habēdo, et a Tacito, succinsū igni admotū, vt in picē, resināq; lentescere. Dū Menelaus abest, Menelai exemplo absentiam amantum nō esse tutam docet. Nā cū ille in Cretam ad dividendas Atrei opes profectus esset, et Paridem domi reliquisset Helena capta eius amore, mariti absentis immemor, cum Paride in Asiam navigavit. Credis ovile lupo, committis ovile lupo. sic et Terenti. Ovem lupo commisisti misera. Viderit Atriden, Menelaus ipse iudicet. Sed neq; fulvus aper, diligentius videndū esse docet, ne amica intelligat te aliam amare. Ore fulmineo, ore ex quo fulmen venit. Spiritus enim et vis apri a poetis fulmen appellatur. Ovid. in Metamorphoseos, Spuma fluit, dentes ęquantur dentibus Indis. Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent. Et Apu. li. viij. Met. de apro ita scribit. impetu sęvo frementis oris totus fulmineus. Dum rotat, dum circumagit. Nec lea, cum catulis, leęna quo tempore in amore fert catulorū obliviscitur, et eo tempore plurimū sęvit. Virg. Tempore non alio catulorū oblita leęna sęvior erravit cāpis, nec funera vulgo. Tam multa informes vrsi, stragemq; dedere. Per silvas, tūc sęvus aper tunc pessima tigris. Nec brevis ignaro vipera, viperā cū calcat maxime irascitur. Virgil. Improvisum asperis veluti qui sentibus anguē. Pressit humi nitēs, trepidusq; repente refugit. Attollentē iras et cęrulea colla tumentem. Pignora mentis, tristitiam mentis. Cornibus icta, furore stimulata. Dei Aonij. Bacchi, q Thebas, patriā habuit in Bęotia, quā primum Aones barbari tenuerūt, vt docet Strabo, a qbus Aonia Bęotia cognominata est. Coniugis ad. Iasonem scribit Diod. annis decem cum Medea Corinthi apud Creontem regē vixisse, cuius filia, quam Glaucē appellat, vxore sumpta Medeam expulit, illa cum dierum spacium a Creonte petijsset, noctu regiam ingressa, immutata facie, medicamentis domum incēdit, qua p̄flagrante, Iasonem exiluisse tradit. Glaucen, Creontemq; igne absumptos. Quidam tradunt Medeę filios dona attulisse venenis illita, ac corpori Glauces & Creontis hęsisse, vestigioq; ambos expirasse. Medea, posteaquam Iasonem evasisse cognovit, in vltionem patris filios iugulavit omnes, quos ex eo susceperat, prēter vnum, qui aufugit, eorumq; corpora

Phylace

Phylacides. phylaceia

Lētescere

Leęnę sęvitia

Aonia

Medeę ira in Iasonem

Iasonis mors

sepelivit in Iunonis tēplo, ea deinde ex corintho fugiens, Thebas ad Herculē venit. Iason filijs vxoreq; privatus, cum doloris vim ferre non posset, sibi mortem ꝯscivit. Violataq; iura, Iason enim monitus a Medea de pris cede in h ospites, accepit illā adiutricem ad rapiendū aureum vellus, et iureiurando data fide vxorem sibi illā, quo adueniret futurā ꝓpondit, quod postea non seruauit. Phasias, Medea a poetis Phasias dr̄ a Phasi fluuio, q Colchū, illabit̄ orit̄ ex Armēia (vt sc. Str.) Glaucū in se recipit atq; Hippū e vicinis mōtibus cadentes. Altera di. pa. altera mr̄ et vlta est p natum iura mariti violata, Prognē autē rei regis Dauidis vxorem intelligit, q̄ filiū occidit et pr̄i apposuit pp violatā sororem Philomelam, nota est fabu. Ouid. carmine in. vi. Meta.

Phasias phasis fluuius

Prognes seuitia i filium

fila, vnicā filiā Chryseida h̄uit, quā Greci, cū thebās euerterent captā, vel dono, vel in suā portionē Agamēnoni obuenerīt, ad quē pr̄ Chryses venit. cuz ingētibus donis redimēdę filię gr̄a, ꝑferēs manu aureū sceptꝝ coronis Phębi vittisq; redimitum, quo e ꝯspectu abire iusso Apollo ꝑcibus sacerdotis sollicitatus p. ix. dies ē noctes sagittas emittēs, primū iumenta, canesq; ꝑcussit, deinde et boles, adeo vt catervatim in rogis defunctoꝝ corpa cremarent. Tū demum ab Achille coactus Agamēnon filiā pr̄i remisit, ipse vero Achilli abstulit Briseida, q̄re ille iratus a ꝑlio abstinuit. Audierat, Clytēnestra et scribitur. Lyrnesi, Hippodamia fuit enis ex Lyrneso oppido iōra Troię ꝯtra Lesbon. Lyrneso

Hęc bene cōpositos, hęc firmos rūpet amores,
Crimina sunt cautis ista timenda viris.
Nec mea vos vni donat censura puellę.
Dij melius, vis hoc nupta tenere potest.
Ludite, sed furto cęletur culpa modesto,
Gloria peccati nulla petenda tui est.
Nec dederis munus, cognosce qđ altera possit
Nec sint nequitię tempora certa tuę.
Et, ne te capiat latebris sibi foemina notis,
Non vno est omnis conuenienda loco.
Et, quoties scribis, totas prius ipse tabellas
Inspice, plus multę, q̄ sibi missa, legunt.
Lęsa Venus iusta arma mouet, telūq; remittit,
Et modo quod questa est, ipse querare facit
Dum fuit Atrides vna contentus, et illa
Casta fuit, vitio est improba facta viri.
Audierat, laurumq; manu, vittasq; ferentem
Pro nata Chrysen non valuisse sua.
Audierat Lyrnesi tuos abducta dolores,
Bellaq; per turpes longius isse moras.
Nec tantum audierat, Priameida viderat ipsa,
Victor erat prędę pręda pudenda suę.
Inde Thyestiaden animo, thalamoq; recepit,
Et male peccantem Tyndaris vlta viꝝ est
Quę bene cęlaris, si qua tamen acta patebunt,
Illa licet pateant, tu tamen vsq; nega.
Tu neq; subiectus, solito neq; blandior esto,
Hęc animi multum signa nocentis habēt
Sed lateri nec parce tuo pax omnis in illo est,
Concubitu prior est inficianda Venus.
Sunt, qui pręcipiant herbas satureia nocentes
Sumere, indicijs ista venena meis.

Signatū. s. p. h. idē et in Meta. Neq; adhuc de pectore cędis Excesserāt notę, signataq; sanguine pluma est. Mea. c. meum iudicium. Vni pu. vt cū vna puella tm̄ rem hēas. Nec demu. si quo munere amicam donaueris, vide ne alia id cognoscat abs te datus. Nec. s. n. t. tpa qbus amicaꝫ freq̄ntas, minime certa et ꝯstituta dicit esse debere. Negtia āt (vt Dona. voluit) est libidinosa lertia, dcā, q nihil q̄at, nullię; rei apta sit vnde et nugę q nihil agant. Negtiam vitiū esse ꝯtrarium frugalitati scri. Ci. in Tus. ab eo q nequicq; est, de hoc noie pl̄a Gel. li. vij. Ois, aīca. s. legitur ē semp. Inspice, ne qd scripseris, qđ amicam lędat. Plus. re. plura interp̄tant̄ in l̄ris, q̄ scripseris. Lęsa. V. amica offensa. Dum. f. a. Clytēnestrę exēplo ꝓbat lęsas foeminas vlcisci iniurias. Contentus. n. sola Clytemnestra vxore contentus. Audierat l. cām assignat, q̄re facta sit, vxor Agamemnonis impudica vitio mariti. Vittasq; ferentem, Chryses (vt Home. scri.) Apollinis sacerdos ex Chrysa vrbe

Neqtitia

Nugę

Chryses filia

Priameida. n. i. cassandra. n. Priami filiam, quā Veneri sibeꝫ fuisse scri. Hōc euerso Ilio Agamēnō Mycenas duxit, q ea illi cessisset in sortem cū pręda plurima. Pręda p. p. s. Agamēnonē dicit fuisse cassandrę prędam, qm̄ eius amore captus tenebatur. Thyestiadem, Ægisthū dicit Thyestis filiū, q (vt sc. Lac.) a mr̄e ob dedecus ꝓiectus, q filia eum ex patre suscepisset, a capris nutritus Ægisthi nomē assūpsit. Vlta vi. q̄ rē hēbat cū Ægistho, vel q eū occidit in conuiuio, vt in p̄. li. docuimus. Iuue. Quippe ille deꝫ auctoribus vltor Pr̄is erat cęsi media inter pocula. Aegisthus

Quę be. cę. q̄ cū alia alca gesseris. Sed la. n. p. s. dū. ubi imodico coitu exhauriunt̄, et debilitant̄ latera viri in obsceno carmie ita logt̄ Priapus. Qui quondā ruber, ē valens solebā Fures cędere q̄libet valentes. Latus deficit, et In. Nec q̄rit̄ q ē lateri pcas, nec quum iussit anheles. et Catul. Cur non tam latera exfututa pādas. Pręcipit ergo Oui. fortiter ꝑagendū ēē in coitu, ad ꝑorē coitū dissimulandū. Venus ꝑ. prior coitus cum alia alca. Cōcubitu, q si in coitu te debiliorē deꝑhenderit, arbitrabit̄ te aliam

Latera coitu debilitant

Rebagitasse. Saturea, saturea herba ē, q̄ tymbram Pli. noiat. Colūella, Et saturea thymi referēs, tymbre q̄ saporē. Dicta ē a satyris vt qdā putāt, q̄ q̄ ea vtā tur salaces fiāt vt satyri, alij a saturitate. eius vis ē calidissimę vnde q̄ icitat Venerē. Plura legito apd̄ Dio sco. Mart. sed nihil erucę faciūt, bulbiq̄; salaces. Im

legit Getulis obruta glebis. Mar. Cū sit anus piux; ē sint tibi mortua mēbra, Nil aliud bulbis q̄ satur eē potes. De bulbis Marc. Var. ita pcipit. Aq̄ decoquāt bulbos, q̄ Veneris vsus q̄rūt. Apitius addit nucleos pineos, erucę succū, et pip. Vrbe p. vrbe, quā pmi sti Pelasgi hitarūt. Pelasgi oriūdi ab Arcadibus (vt Pelasgi

Aut piper vrticę mordacis semine miscent,
Tritaq; in annoso flaua pyretra mero.
Sed Dea non patitur sic ad sua gaudia cogi.
Colle sub vmbroso quam tenet altus Eryx.
Candidus Alcathoe qui mittitur vrbe Pelasga
Bulbus, et ex horto quę venit herba salax,
Ouaq; sumantur, sumantur Hymetia mella,
Quasq; tulit folio pinus acuta nuces.
Docta quid ad magicas Erato diuerteris artes?
Interior curru meta tenenda meo est.
Qui modo celābas monitu tua crimina nr̄o,
Flecte iter, et monitu detege furta meo,
Nec leuitas culpāda mea est, nec semper eodem
Impositos vento panda carina vehit.
Nā modo Threicio Borea, mō currimus Euro
Sepe tumēt Zephyro lintea, sępe Noto.
Aspice, vt in curru modo det fluitātia rector
Lora, modo admissos arte retentet equos.
Sunt quibus ingrate timida indulgētia seruit,
Et, si nulla subest ęmula, languet amor.
Luxuriant animi rebus plerūq; secundis,
Nec facile est ęqua commoda mente pati.
Vt leuis assumptis paulatim viribus ignis
Ipse latet, summo candet in igne cinis.
Sed tamen extinctas admoto sulfure flammas
Inuenit, & lumen, quod fuit ante, redit.

per proba nec p̄ sūt iā sa turela tibi. Herbas no. appō ē nota figu ra. Aut pi. vr. pip ca lidū ē et siccū, stōachū et epar calefacit. scri Pli. vrticę semē cū se Petrus mie lini lateri mede ri, si addat hysopū, et pipis aliqd. Flaua py. pyretrū herba ē ab ignea vi appellata, ca lida ē et sicca iō fbus venereis apta, folia h3 silia dauco agre sti, aut maratro, vt docet diosco. In an noso me. in veteri, vi no. Quam tenet al tus Eryx, Venerē dicit Eryx Nā (vt Diod. ait) Eryx Venus Veneris et Butę regis Erycina filius sup locū excelsū ciuitatē pdidit i Sici lia. i cuius arce mēitē plā dicauit, q̄ ciuita tē Venus plurimū di lexit, vn̄ ipsa Erycina dicta ē. Virg. Erycino i vertice sedes Fūdat Veneri Idalię. Plura et legito apud Stra. Candidus Al. cū Pan dionis regis (vt docet Megara Stra.) q̄tuor eēnt filij, Nisea Ægeus, Lycus, Pallas, et Nisus, et Attica re gio q̄tuor eēt i ptes diuisa, Niso Megara sorte obue Alcathoe nerūt, q̄ Niseā pdidit, q̄ alterā arcē hūit, vt pleniu dixim9 l. ij. de Re. amo ex auctoritate Pausanię, q̄ Ouid. Alcathoē appellauit eo carmine. Pretētatq; sui vires Mauortis i vrbe Alcathoe q̄ Nisus h3, et ali bi. Tutus ad Alcathoē Lelegia męnia limes Cōposi Bulbi to Scirōe p3. Hic āt Ouid. Bulbos Megarici soli de Megarici signat, quos maxie pbat Cato. Verū (vt Pl. docet) no Scilla bilissima ē Scilla. Tertiū genus ab eo di Epimeni dū, optimi saporis, q̄ i Africa optie nasci docet Iu. eo vsu. Et veteres Afrorū Epimenida bulbi. eorū gnā Epimeni differūt colore, magnitudine, et suauitate. Megari dium ci i primis, et Africani libidinē accēdūt, sunt n. cali dissimę naturę. De Bulbis ita scri. diosco. Oēs bulbi calidi, et viscidi sunt, comesti exigūt Venerē, linguā, et fauces exasperāt, succū corpi addūt, stōachū iflāt. Colūella. Spgite q̄q̄ viros acuūt, armātq; puellas, Iā Megaris veniāt genitalia semia bulbi. Et q̄ Scilla

docet Stra.) p vniuer sā Gręciā excubuere, ē in regiōe Atheniēsiū pmisti hitarūt, vt scri. Herod. Atheniēsiū aūt olim portionē fuisse Megaricam oram ex Strabone colligimus. Herba salax, libidi nē icitās, aliter ab Ouid. nymphę salaces dīr. a salax aūt salacitas deducit, vnde Pli. scri. Salax passeri minimū vitę Oua sed parē esse salacita tē. Ouaq; sumant, oua gallinę, et pdicis (vt Almansor docet) sperma valde augu mentāt, atq; coitum stimulando incitant De ouis Pli. hęc. Nul lus ē alius cibus, q̄ in ęgritudine alat, ne q̄ oneret, simulq; vi ni vsum, et cibi habe at. Horat. in secundo Sermonum preponit oua oblōga orbicula tis, sic eni n inquit. Lō ga quibus facies ouis erit illa memēto, Vt succi melioris, et vt magis alba rotundis Ponere, nanq; mares cohibent callosa vitel lum. Sumantur Hymetia mella, Hymetus mons est Atticę regio nis, qui floribus semper vestitur. Hic (vt Stra. scrib.) mel gignit optimū, q̄ cūcta bonitate superat. Scri Hymetus bit etiam Plin. mellis Attici in toto orbe summam Mel optimum laudem existimari. Sane mel Atticum seu Hyme tium, Siculū, vel Hyblęū, et Calymnium a scripto ribus maxime celebratur. Mellis autem vsum Aristęo ascribit Diodo. Quasq; tulit folio, nu Mellis vsus cleos pineos dicit, quos in vsum Veneris adhiberi solitos docuimus ex sententia Apitij. et Plinius docet Nucleos nucis pineę infirmitatem virilium robore renibus et vesicę vtiles esse. De nucibus pi Nuclei pinei neis ita scribit Mart. Poma sumus Cybeles procul hic discede viator, Ne cadat i miserū nr̄a ruina ca put. Pinus acuta, pinus iō acuta appellat, q̄ ea fo Pinus acuta liū h3 capillamēti mō ptenue, lōgūq; et mucrōe acu lea tū, vt Pl. docet. Ad ma. ar. ad herbariā potētiā ē medicamēta, qbus magorū artes gliūt. o magia an

Sic, vbi pigra situ, securaq; pectora torpent,
Acribus est stimulis eliciendus amor.
Fac timeat de te, tepidamq; recalface mentem
Palleat indicio criminis illa tui.
O quātū, & quoties numero cōprēdere nō est,
Felicem, de quo lęsa puella dolet.
Quę, simul inuitas crimen peruenit ad aures,
Excidit, et miserę voxq; colorq; fugit.
Ille ego sim, cuius laniet furiosa capillos,
Ille ego sim, teneras cui petat vngue genas.
Quē videat lachrymās, quē toruis spectet ocellis
Quo sine non possit viuere, posse velit.
Si spacium quęras, breue sit, quo lęsa queratur,
Ne uires lenta colligat ira mora.
Candida iam dudum cingantur colla lacertis,
Inq; tuo fletus est accipienda sinu.
Oscula da flenti, Veneris da gaudia flenti,
Pax erit, hoc vno soluitur ira modo.
Cum bene sęuierit, cum certa videbitur hostis,
Tunc pete concubitus foedera, mitis erit.
Illic depositis habitat concordia telis,
Illo (crede mihi) gratia nata loco est.
Quę modo pugnarūt, iungūt sua rostra colūbę,
Quarū blanditias, verbaq; murmur habet.
Prima fuit rerum confusa sine ordine moles,
Vnaq; erat facies sydera, terra, fretum.

& multa legito apud Apuleium. Diuerteris, mo rantis narrādo. Qui modo cęlabas, ad amantem redit. Cęlabas, amicā. Tua cri. coitum cum alia amica. Nec le. cul. q detegenda nūc esse furta sua deā. Threicio Bo. q spirat p Thraciā, ē septētrionalē plagā. De vētis lege Pli. Gelliū, Vitruuiū, Senecā in natu. q̄stio. et Vegetiū de re militari libro. iiij. Fluitantia lo laxas, et solutas habeas. Admissos equos, admotos quadrigis, vel celeres. Sūt quibus ingrate, eas designat, quibus vult furta detegi. Si nul. subest ęmula, si nullam habet, que eundē amet. Rebus se. nulla aduersante puella. Nec fa. est, nec facile amātem patitur. Pigra si. tarda amādi desuetudine. Crimen perue. ad au. intelligit te aliam amare. Ille ego sī, optat Oui. vt eius cā pp furta detecta doleat amica. Veneris da gaudia flenti, coitum intelligit. Iungunt sua rostra colūbę, designat poeta elegātissime colūbarū oscula. sic etiam Cn. Mar. cum ait. Si nunq; amicā recipere frigidā caldo colūbatim labra cōferes labris. Columbis aūt (vt Pli. docet) ignota sūt adulteria, cōiugij fidē nō violant, cōēmq; seruāt domū, nisi cęlibes, aut viduę domū nō relinquunt. Prima fuit rerū, homines per Venerem primum conciliatos, dicit, vt doceat amicam iratam posse quoq; per coitum recōciliari. Vnaq; erat facies, quidā (vt Diod. meminit) dixere mundū ingenitū, et incorruptibilē extitisse, et genus hoīum nūq̄ habuisse ortus principiū. Quidā vero quos hic et in Meta. Oui. sequitur genitum, corruptibileq; arbitrati sunt, et hoīes duxerunt generationis initium tpe ē sortitos. Nam a rerū primordio et cęlū et terrā vnicam habuisse ideā, immista eorū natura, exinde distinctis inuicē corporibus cępisse hūc ordinē, quē videmus aerē qdē motū hūc cōtinuū sortitū, et igneā partē eius superiora loca pp leuitatē aiunt appetisse. Eadem cā solē et astra cursus suos sortita, quod vero humori mistū eodē stetisse in loco pp grauitatē, quę cū mista ēēnt, ex humidis mare qdē effectū, ex durio

ribus vero terrā, lutosam euasisse, et deīno mollem. Nec primū cū Solis ardore densior euasisset, eius postmodū superficie vi caloris tumefacta, multis in locis humores quosdā esse cōcretos, in quibus putredines tenui cōtectę pellicula sint excitatę, queadmodū in paludibus et stagnis Aegyptijs videmus accidere, cum frigidā terrā subito ęstus aeris calefacit. Cū vero ī humidis calore adhibito generatio fiat, et nocte qdē circūfusus aer humorē pstet, q die Solis virtute cōsolidet. Tandē putredines illę ad summū pductę, adueniente veluti partus tempore, exustis, cōfractisq; pelliculis oīs generis educunt animantiū formas, quarū ea, quę maiorē calorē sortita sunt, in superiorem regionē volatilia effecta abierūt que vero plus terrę cōtinebant, serpentia, aliaq; terrestria euaserunt animantia. Naturam aquosam nacta in sui generis elementū delata sunt, ē appellati pisces. Terra deinceps, cū Solis ardore, tum vētis in diē magis arefacta, a gignendis maioribus animalibus desijt, sed quę generata erant, mutua cōmistione alios animantes cōcrearunt. Hoc et Eurypides Anaxagorę physici discipulus sentire videtur, cum in Menalippo cęlum et terrā mista olim fuisse tradat, separata postmodum generasse singula, arbores, volantia, feras, ac omne mortaliuз genus. Mox cęlum impositum terris, per cęlum ignem, et aerem denotat. De quatuor aūt elementis Plin. multa et Apuleius in dogmate Platonis. Scribit. n. Platonem arbitrari tria esse rerum initia. deum scilicet et materiam, rerumq; formas, quas Ideas idem vocat in absolutas, informes, nulla specie vel qualitatis significatione distinctas, ex quibus prima elementa sunt progenita, ignis, aqua, terra, et aer. Inane chaos, chaos (vt Hesiodus voluit) fuit quędā ab initio vnitas hians, patensq; in profundum, quaз principium fuisse dicunt productionis omnium rerum. Ouidius in Metamorphoseon. Ante mare et terras, et, qđ tegit oīa, cęlū Vnus erat toto naturę vultus in orbe, Quē dixere chaos. Tū genus

humanum

Columbarum oscula

De mundi et hominis origine

Rerum [illegible] Elementa [illegible]

humanum solis errabat in agris, Cicero quoq; idẽ refert his verbis Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, et sibi victu fermo vitam propagabant, nec ratione animi quicquam, sed pleraq; viribus corporis administrabant. Blanda truces aios

Quid coitus prestat

coitus inquit reddidit homines mãsuetos, et placidos, sic et in Fastis „Prima feros animos homini detraxit ab illa. Venerunt cultus, mundaque cura solo. Videt autem hoc sumpsisse ex Platone, qui i conuiuio scribit Amorẽ pacem largiri hominibus, mari tranquilitatem, ventis requiem, cubile vinẽtibus, omniumq; securitatem, hunc rusticitatem a nobis amouere, hũc nos familiaritate cõciliare, coetus huiusmodi omnes cõgregare, mansuetudinẽ porrigere, exterminare feritatem, et alia multa efficere. Ales hẽt, quod amet, non hominem modo, sed bruta etiam animalia per Venerem conciliari docet, sic et in Fastis Iuraq; dat cęlo, terrę ẽ natalibus vndis. Perq; suos coitus cõtinet omne genus. Cerua parem sequit, sic et in nono Metamorphoseõ. Sequitur sua foemina ceruum. Parem aũt, aut eiusdẽ generis, aut pariter copulatũ accipe. Ouid. in Fast. Et docuit iungi cũ pare quẽq; sua. Ceruorum autem foeminas scribit Pli. ingredi in conceptu, q non tollerent vim ipsorum, eos etiam dicit vicissim ad alias transire, et ad priores reuerti. Scribit etiam in Africa, nec apros, nec ceruos, nec capreas, nec vrsos esse. Idem de ceruis et apris refert Herodo. Vnde miror Maronem i primo Ænei. scripsisse Æneam in ea septem occidisse ceruos. Serpens serp. te. viperę coeunt complexu adeo circũuolutę sibi, vt vna ęstimari biceps possit, auctor Pli. Cum ca. ne. ca. Idem quoq; Pli. refert, cuius verba hęc sunt. Auertãtur et canes, phocę, lupi, in medioq; coitu inuiti etiam cohęrent. salitur, ab ariete saliendo subagitatur, quo vere

Ceruorũ foeminę in conceptu igrediũtur

Vipę coitus

Canum coitus

Mox cęlũ ĩpositũ ẽ terris, humus ęq̃re tincta ẽ,
Inq; suas partes cessit inane Chaos.
Silua feras, aer volucres accepit habendas,
In liquida pisces delituistis aqua.
Tum genus humanum solis errabat in agris,
Idq; merę vires, & rude corpus erat.
Silua domus fuerat, cibus herba, cubilia frõdes,
Iamq; diu nulli cognitus alter erat.
Blanda truces animos fertũ mollisse voluptas.
Constiterant vno foemina, virq; toro.
Quid facerent, ipsi nullo didicere magistro,
Arte Venus nulla dulce peregit opus.
Ales hẽt, quod amet, cũ quo sua gaudia iũgat,
Inuenit in media foemina piscis aqua,
Cerua parem sequitur, serpens serpente tenetũ,
Hęret adulterio cum cane nexa canis,
Lęta salitur ouis, tauro quoq; lęta iuuenca est,
Sustinet immundum sima capella marem,
In furiis agitantur equę, spatioq; remotę
Per loca diuiduos amne sequuntur equos.
Ergo age, & iratę medicamina fortia prębe,
Illa feri requiem sola doloris habent,
Illa Machaonios superãt medicamina succos,
His, vbi peccaris, restituendus eris.
Hęc ego cũ canerẽ, subito manifestus Apollo
Mouit inaurate pollice fila lyrę.
In manibus laurus, sacris induta capillis
Laurus erat, vates ille videndus adit.
Is mihi, lasciui (dixit) pręceptor amoris,
Duc age discipulos ad mea templa tuos.

bo vtitur etiam Varro sic scribens. Nec fati oportet minores, q̃ binas saliri. Immundum marẽ, hircum male olentem. Sima capella, simus (vt Ser. docet) vocatur, qui pressis est naribus. Scribit Pli. auibus, serpentibus, piscibus, foramina tantũ ad olfatus sine naribus esse, et hinc cognomina Simorum Silonuz. Idem scribit Delphini rostrum simum esse, qua de causa nomen Simonis miro modo agnoscũt, maluntq; ita appellari. Maro capellas etiam simas appellat. In furias agitanẽ equę, equę in amorem furiosum feruntẽ. Virg. Scilicet ante omnes furor est insignis equarum. Spatioq; remotę, disiunctę, locoq; interuallo. Virgi. Illas ducit amor trans Gargara, trãsq; sonantem Ascaniũ, superant montes et flumina tranant. Equos diuiduos amne, equos fluuio separatos. Diuiduum enim dicitẽ non modo separabile, sed & separatũ. Medicamina for. validũ coitum. Feri doloris, quem accepit de furtis tuis. Succos Machaonios, medicinales herbarios, a Machaone medico, cuius in .ij. Iliad. meminit Homerus. Scribit etiam Diodo. Aesculapium filios reliqisse Machaonẽ, et Podalirium, qui cũ Agamemnone ad Troiam nauigarunt, et plurimũ curandis vulneribus profuisse, vnde eis immunitas rerum omnium est concessa. Discipulos tuos, quibus tradis pręcepta amandi. Ad mea tẽpla, ędem Apollinis Delphici intelligit, de q̃ multa Iustinus libro. xxiiij. Est ibi diuersum, sapientissimum dictũ Chilonis Lacedęmonij designat, quo iubet vnumquẽq; se agnoscere, Chiloni. n. (vt Pli. docet) mortales oraculoq; societatẽ dedere tria pręcepta, eius Delphis cõsecrando aureis lrĩs, quę sunt hęc nosce se quẽq;. Iuue. E cęlo descendit, γνῶθι σεαυτόν, Et nihil nimiũ cupere. Comitemq; ęris alieni ac litis esse miseriã. Sed neq; declamet, videndum esse docet ne amator loquendo declamare

Simus

Silones Simonis nomen

Diuiduũ



Machaõ

Tria pręcepta Chilonis

Est ibi diuersum fama celebrata per orbem
Littera, cognosci quę sibi quemq; iubet.
Qui sibi notus erit, solus sapienter amabit,
Atq; opus ad vires exiget omne suas.
Cui faciem natura dedit, spectetur ab illa,
Cui color est, humero sępe patente cubet.
Qui sermone placet, taciturna silentia vitet,
Qui canit arte, canat, qui bibit arte, bibat,
Sed neq; declament medio sermone diserti,
Nec sua vesanus scripta poeta legat.
Sic monuit Phębus Phębo parete monenti,
Certa dei sacro est huius in ore fides.
Ad propiora vocor. quisquis sapienter amabit,
Vincet, et e nostra, quod petet, arte feret.
Credita non semper sulci cum foenore reddūt,
Nec semper dubias adiuuat aura rates.
Quod iuuat, exiguū est, plus ē, qd lędit amātes
Proponant animo multa ferenda suo.
Quot lepores i Atho, quot apes pascūt i Hybla,
Cęrula quot bacas Palladis arbor habet,
Littore quot conchę, tot sunt in amore dolores,
Quę patimur, multo spicula felle madent.
Dicta erit isse foras, quam tu fortasse videbis,
Isse foras, et te falsa videre, puta.
Clausa tibi fuerit promissa ianua nocte,
Perfer, et immunda ponito corpus humo.
Forsitan et vultu mēdax ancilla superbo
Dicet, quid nostras possidet iste fores?
Postibus, et durę precibus blandire puellę,
Et capiti demptas in fore pone rosas.
Cum volet, accedes, cum te vitabit, abibis.
Dedecet ingenuos tędia ferre sui.
Effuge, dehinc non est, quare tibi possit amica
Dicere, non omni tempore sensus abest.

videat. Certa est fides, q̄ rīsa Apollinis nūq̄ fallunt. Ad ,ppiora vocor, vocor aūt ea q̄ magis cō ducūt amātē, q̄ q̄ diximus, et q̄ sunt magis ,ppria, ē eoꝝ iuris, sic et in Fastis, Ad ,ppiora vocor popu lū digessit ab armis Romulus. Reddit aūt audito rē attentū. Credita nō semp, nō semper ingt bibis amicā tibi morigerā, sicut nec terra semper reddit credita semina cū foenore, ex quo colligit non esse desperandū, sed instādū acrius, et sapiētius. Dubias rates, nautas incertos qd sit futurū, aut agēdū cessantibus vētis. Qd' iuuat exiguū ē, plus ē quod cruciat, q̄ voluptas, quę ex amicis percipit. Proponāt, in alium inducāt. dolor enim leuior fiet. Quod lepores in Atho, Athon (vt Pli. scri.) mōs est Macedonię, quem Xerxes rex Persaꝝ ɔtinēti abscidit i lōgitudine pas. mille quīgētoꝝ, adeo sublimis, vt altior estimet q̄ vnde imbres cadūt, qd iō credit, q̄m in aris, quas in cacumine sustinet, nunq̄ cineres diruunt. In sūmo oppidū Acrotoon fuit, in quo dimidio lōgior q̄ in aliis terris incolēnū ętas ,ppagat. Iō inde hoies Macrobios Gręci, nostri appellauerūt longęuos, auctor Solinus, Athona quidam nūc mōtē sanctū appellari putāt. Huius montis meminit et Herod. in. vij. Statius Ingēti tellurē proximus vmbra. Vestit Athō, nemorūq; obscurat imagine pontū. Lepus aūt a pedū leuitate, quasi leuipes dictus est, vt voluit Fabius. Idē a quibusdā gręce Dasypus appellat, q habeat hirsutos pedes. Plin. tñ dasypodē a lepore distinguit, Lepoꝝ plura sunt gña, inter q̄ sunt cuniculi. In alpibus cādidi nascūt. Vtraq; vim singula hñt, et sine mare eq; gignūt. Iō Terētianus ille ingt. Tute lepus es et pulpamentū quęris. Quod dictū Liuij Andronici poetę fuisse Vopiscus Teri. Lepus et solus sup foetat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitū, aliud in plume, aliud lchoatū gerēs partē, vnde in Sermonibus Hora. Foecundū leporē appellauit. Pascunt in Hybla, Hybla fuit vrbs Sicilię, ab Hyblone rege dicta, vt voluit Thucydides. Hęc postea Megara appellata fuit, vñ Maro apes Hybleas appellat, q̄ in Sicilia mel optimum ɔficie bāt Marca. Cū dederis siculos mediis de collibus Hyblę, Cecropios dicas tu licet esse fauos. Littore quot conchę, teste Diuinatores, quibus ostrea et alia hmōi tegunt conchę appellant. Spicula, tela Cupidinis. Spiculū n. nō modo iaculū, sed et ferrū, ē aculeū sagittaꝝ significat. Qu. Curtius, inter propossimos dimicās Alexāder sagitta ictus est q̄ in medio thorace fixa reliquerat spiculū, ē Pli. lib. xvi. Ita scribit, Calamis spicula addunt irreuocabili hamo noxia. et Propertius. Non tot Achemenij armantur susa sagittis spicula. Multo felle, multo dolore. Tędia ferre sui, pati se esse cuiq̄ molestū. Effuge, dehinc nō est qu re tibi possit amica Dicere, sensus est, Amoueas te ab amica, cū te vitabit. qd si feceris nulla erit cā, q ea possit te increpare his verbis, quibus vtimur ī mo lestos et iportunos, verba aūt sunt hęc. Sensus non abest omni tempore, hoc est intelligentia illa, quam imperiti discretionem appellant, semper decet vnūquēq;. Sic et Fabius, sensum cōem accipit pro quadam aliqū intelligentia. Difficilis labor, vt patiēti animo riualem ferimus, quod perq̄ difficile esse ostendit Propertius dicens, Riualem possum non ego ferre Iouē. Eris magni victor in arce Iouis, triumphabis de amica, vt imperatores, qui triumphantes ad ędē Iouis Capitolini vehebant triumphali curru. Quę

Athon mons

Macrobij Mōs sanctus

Lepus Dasypus Lepores foecūdi

Hybla seu Megara

Conchę Spiculū

Dodonensis templum

Pelasgas, Pelasgi (vt docet Strabo) Dodoneum Iouis templum construxerunt subiectum monti Tamaro omnibus fontibus circa radices celebrato. In eo loco Probus Grāmaticus scri. columbas, et quercus humana voce responsa dedisse. Virg. At pro habitis Graiis oracula quercus. Statius li. iij. certius aut frondes lucis, quas fama Molossis chaonias sonuisse tibi. vbi Lactantius scribit in Epi robotis quercus sedētes columbas futura predixisse sciscitantibus. Scribit et Hero. li. ij. Dodonensi oraculum omnium, que apud Grecos sunt oraculorum vetustissimum fuisse, et colūbas duas ex Aegypto, alteram in Africam, alteram Dodonem euolasse, vtranque nigram. Dodoneque illa fago insidens humana voce elocuta est, eo loci Iouis oraculum condi debere, et se interpretem esse, quod ipsis annunciaretur diuinitus fieri. Que vero ad Afros abijt, Iouis Hāmonis oraculum pdi iussit. Mulieres autem eas fuisse constat, et eas a Dodoneis columbas appellari, vt latius persequitur Hero. Maius istis, vt riualem feras patienter. Innuet, illa. nutu signabit riuali. Feras patiare. Scribet, ad riualem. Ne tange tabellas, ne re. signa literas. Hec prestat, vt eant, quo velint. Cum venis ad partes, cum dormit maritus. Dat signa, innuit. Doctior ille, qui sibi conciliat puellam, patiēdo ad eas alios quoque amatores accedere. Ne fugiat victo. peccandi pudor semel ab ea lesus, et proditus, si fugerit ex eius ore, reddet illam minus verecundam in peccando, quod exemplo Martis et Veneris ita esse ostēdit. Nec pudor falsus, nec verecundia peccandi quam falso prese tulit. Fugiat ab ore victo, abeat ab ea, deprehen-

colūbe

sa in crimine cum alio amante. Verba dedisse, te decepisse. Terentius, Cui verba dare difficile est. Crescit amor prensis, deprehensi in amore mutuo se magis amant. Vbi par duorum, est cū eadē est fortuna riualis et amice. Perstat in causam damni, permanet contra causam, ex qua damnum et ignominia nascitur. Fabula narratur, hāc fabulam in quarto Meta. elegantissime etiam describit Ouidi. Mulciberi, Vulcani, qui a mulcendo Mulciber appellatur, quoniam (vt scribit Macro.) ignis sit, et omnia mulcet. Scribit Diod. Vulcanum ferri, eris, auri, argenti, omniumque que arte fabricantur artem inuenisse, ceterosque docuisse, qua propter harum rerum opifices omnes vota, sacraque huic Deo maxime facientes, ignes in eternam memoriam suscepti beneficij Vulcanum vocauere. Illud sciendum quod mulciber (vt est auctor Priscianus) a mulcendo et imbre compositum melius simplicis declinationem seruat, Cice. in libro secundo Tuscu. Iouisque numē Mulcibris ascivit Marcus. vbi notandum quod Priscia. melius dixit simplicis declinationem sequi, quia est etiam secunde, vt hic apud Ouid. et ita in vetustis fere oībus codicibus legit. De duce terribili, bellicoso ductore. Pedes manu, i. n. claudus Vulcanus, quod idem fingit quoniam (vt Ser. fer.) flāma nunquam recta incedit. Marte palam, corā Marte. Liuius libro. vi. Inde rem creditori palam populo soluit. Simul est Vulcanum immitata, postque Vulcanū claudicantē expressit. Disponit laqueos, apte collocat retia tenuissima. Fingit iter Lemnon, Lēnos insula est in Aegeo mari ante Athon, vt Plin. scribit, oppida habuit, Ephestiam

Mulciber

Vulcanus claudus

Lenos insula

Nec male dicta puta, nec verbera ferre puelle
Turpe, nec ad teneros oscula ferre pedes.
Quid moror in paruis? animus maioribus instat
Magna canam, toto pectore vulgus ades.
Ardua molimur, sed nulla, nisi ardua vincit,
Difficilis nostro poscitur arte labor.
Riualem patienter habe, victoria tecum
Stabit, eris magni victor in arce Iouis.
Hec tibi nō hoiem, sed quercus crede pelasgas
Dicere, nil istis ars mea maius habet.
Innuet illa, feras, scribet, ne tange tabellas
Vnde volet, veniat, quoque libebit, eat.
Hec in legitima prestant vxore mariti,
Cū tener ad partes tu quoque somne venis.
Hac ego confiteor non sum perfectus in arte,
Quid faciā? monitis sum minor ipse meis.
Me ne palam nostre det quisquā signa puelle?
Et patiar? ne me quolibet ira ferat? (Iustus)
Oscula vir dederat (memini) suus, oscula questus
Sum data, barbarie noster abundat amor.
Nō semel hoc vitiū nocuit mihi, doctior ille ē
Quo veniunt alij conciliante viri.
Sed melius nescisse fuit, sine furta tegantur,
Ne fugiat victo fassus ab ore pudor.
Quo magis o iuuenes deprēdere parcite vestras,
Peccent, peccantes verba dedisse putent.
Crescit amor prēsis, vbi par fortuna duorum ē,
In causam damni perstat vterque sui.
Fabula narratur toto notissima celo,
Mulciberi capti Marsque, Venusque dolis.
Mars pater insano Veneris turbatus amore,
De duce terribili factus amator erat.
Nec Vēnus orāti (nec enī Dea mollior vlla ē)
Rustica Gradiuo, difficilisque fuit.
Ab quoties lasciua pedes risisse mariti
Dicitur, et duras igne, vel arte manus.

Marte palā simul ē Vulcanū imitatā decebat,
Multaq; cum forma gratia mista fuit.
Sed bene concubitus primo celare solebant,
Plena verecundi culpa pudoris erat.
Indicio Solis (quis Solem fallere posset?)
Cognita Vulcano coniugis acta sue.
Quā mala Sol exēpla moues, pete munus ab ipsa,
Et tibi, si taceas, qđ dare possit, habet.
Mulciber obscuros lectum circaq; superq;
Disponit laqueos, lumina fallit opus.
Fingit iter Lemnon, veniūt ad foedus amātes,
Impliciti laqueis nudus vterq; iacent.
Conuocat ille Deos; prębent spectacula capti,
Vix lachrymas venerem cōtinuisse putāt.
Non vultus texisse suos, non deniq; possunt
Partibus obscoenis opposuisse manus.
Hic aliquis ridens, in me fortissime Mauors,
Si tibi sunt oneri, vincula transfer, ait.
Vix precibus Neptune tuis captiua resoluit
Corpora, Mars Creten occupat, illa Paphō.
Hoc tibi profecit Vulcane, qđ ante tegebant,
Liberius faciunt, pudor omnis abest.
Sępe tamen demens stulte fecisse fateris,
Tęq; ferunt irę poenituisse tuę.
Hoc vetui, vos ecce vetat deprensa Dione
Insidias illas, quas tulit ipsa, dare.
Nec vos riuali laqueos disponite, nec vos
Excipite arcana verba notata manu.

et Myrinam, in cuius forum solstitio Athos umbram iaculabat. In eam insulam (vt Valeri. Flaccus lib. ij. docet) Iuppiter Vulcanum e celo deiecit.

Vulcanus in Lēnon precipitatus

Nam cum ille iratus celestes e celo expulisset, & Iunonem vinculis alligasset in olympo, Vulcanus voluit matrem liberare. Vnde ipse apud Homerum in primo Iliados ita alloquitur matrem Iunonem. Fer mater patienter, et licet cum dolēdi habeas, equanimiter tolera imperiū Iouis, vt ne forte cogar cum moestitia tanta adesse testis plagarum, quas ille tibi imponeret, nec dulcissime matri opitulari queam aduersus hunc Deorum multo acerrimum, id quod expertus sum, et quidem malo meo, et nunc tibi timeo. Siquidem cum te aliquādo ab illius verberātis manibus eripere conarer, ipse abste in auxiliantem versus per pedem me prehēdit, rotatumq; e celo deiecit in terram. Erat autem tunc Solis ortus, a qua ora per totum illum dies vsq; ad tenebras per inane aeris labens in Lēno insula allisus sum, ibi me pene exanimē indigenę protinus accurrentes susceperūt ac souillarunt, hinc a poetis Lemnius et Tardipes appellatur.

Tardipes

Catullus Scripta Tardipedi Deo datum. In Lemno autem (vt Solinus scribit) Vulcanus colebatur. Ouid. in Fast. Vulcanus tellus Hysiphilea colit. Amantes, Martis, & Venerem. Hic aliquis, ad hoc spectaculum a Vulcano introductus. Vix precibus Neptune tuis, Venus enim dicitur nata ex spuma maris, ideo pro ea ille Vulcanū exorauit, vt vincula solueret. Mars Cretē occupat, in Cretā insulam concessit, vbi creatus dicitur, hic primo fabricatis armis armauit milites, pugnandi morem induxit, eos qui Dijs aduersi essent interficiens, vt docet Diodorus. Illa Paphon, Venus Paphon abijt. Est enim vrbs Cypri duplex, Paphos scilicet et Palepaphos. i. antiq̄ Paphos, vtraq; Veneri sacra, vnde Venerem Paphiam & Palepaphiam appellamus. Hoc tibi pfecit Vulcane, quid profuerit Vulcano Martis, et Veneris furta

Paphos Palepaphos

detexisse ostendit. Deprensa Dione, deprehensus colibus. Dione autem nympha fuit Oceani, et Tethyos filia, ex qua Iuppiter Venerem sustulit. Sed ponitur plerunq; pro colibus, et Venere, vt in hoc loco, et in Fastis. Hippolyte infelix velles coluisse Dionem.

Dione

Arcana verba, literas amicę ad riualē missas arcana continētes. Ista viri captēt, intercipiant alienas literas, qui volūt puniri exilio. Nam (vt scribit Bartolus ad legem Corneliam de fal.) qui aperuit alienas literas, vt aduersario mittentis ostēdat, incidit in poenā falsi. Eius legis pena est in seruos vltimū supplicium, in liberos vero deportatio, idest exilium perpetuum. Exilio autem damnans aq̄ et ignis interdici solet. Ouidius in Fast. An q̄ in his vitę causa est, hec pdidit exul. Quos facient iustos, quos facient iustitiam seruare, et non resignare alienas literas. En iterum testor, in primo. n. reiecerat matronas ab hoc opere. Lege remissus, concessus lege. Nulla instita, nulla matrona. Quid sit instita, abunde dictum est in primo. Luditur, ridetur, violatur, aut ascribitur, qđ faciunt poetę. Virgilius. Ludere quę vellem calamo permisit agresti.

Pęna aperientis literas alienas Lex fal.
Deportatio

Quis Cereris ritus, scribit Diodorus Cererem Proserpinam quęrentē facibus in Ætna accensis, varias partes peragrasse, homineśq;, qui eam grate susceperant frumenti vsum docuisse. Primi fuerunt Siculi, deinde Athenienses, qui hanc Deam publice prę ceteris coluere, cum sacrificijs amplissimis, dum Eleusinę mysterijs, quę antiquitate, castimoniaq; apud homines sunt vulgata. Idem etiam scribit in sexto Cererem, et Isidem esse Deam de Cerere loquens hęc ait. Quę de huiusmodi cerimonijs singulatim traduntur in arcanis seruantur solis initiatis nota. Herodotus quoq; in .ij. ita scribit. De Cereris quoq; initiatione, quas gręci Tesmophoria vocant, hoc est legum lationes, absit vt eloquar, nisi quatenus sanctum est de illa dicere. Apuleius in vltimo Metamorphoscos

Cereris sacra
Thesmophoria

Ista viri captent, si iam captanda probabunt,
Quos facient iustos ignis, & vnda viros.
En iterum testor, nihil hic, nisi lege remissum,
Luditur in nostris instita nulla iocis.
Quis Cereris ritus audet vulgare profanus?
Magnaq; Threicia sacra reperta Samo?
Eximia est virtus prestare silentia rebus,
At contra grauis est culpa, tacenda loqui.
Quam bene, qd frustra captatis arbore pomis
Tantalus in media garrulus aret aqua.
Precipue Cytherea iubet sua sacra taceri,
Admoneo, veniat ne quis ad illa loquax.
Condita si non sunt Veneris mysteria cistis,
Nec caua vesanis ictibus era sonant,
Attamen inter nos medio versantur in vsu,
Sed sic inter nos, vt latuisse velint.
Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit,
Protegitur leua semireducta manu.
In medio, passim, coit pecus, hoc quoq; viso
Auertit vultus sepe puella suos.

tamorphoseos, Dicerem, si dicere liceret, cognosceres, si liceret audire, sed parem noxam contraherent aures et lingue ille temerarie curiositatis. et Iustinus. Mysteria Cereris Attice nulla magis re, q̃ silentio sacrata sunt. Vnde Macro. scribit Mumenium inter philosophos occultorum curiosum offensas numinum expertum, q Eleusina sacra interpretando vulgauerit. Magnaque Threicia sacra reperta Samo, sacra Cereris, et que fiebant in Samothracia secreta fuisse docet Diod. in sexto his verbis. Nam cerimonie, quas Athenienses omnium celeberrimas in Eleusina faciunt quoq; in Samothracia, atque in Thracia, vnde eas Orpheus sumpsisse traditur Fiunt i Gnosso apud Cretam prisca lege statutoq; celebrantur, quo palam est eiusmodi cerimonias ab eis ad alias gentes fuisse traductas Queq; apud ceteros secrete traduntur, eas palam omnibus noscendi facultatem apud Cretenses eẽ. Qui autem fuerint Dij Samothracum multis verbis Dionysius et Macrobius docent. Threicia Samo, Samo, quã Maro Samothraciam appellauit composito nomine (vt Dionysius voluit) a conditore Samo Mercurij filio, et nymphe Cyllenidos Rhene et Thracia, cuius est insula, prius Dardania dicta fuit, vt Plinius tradit. Diodorus scribit Myrinam Amazonum reginam quasdam sibi subdidisse insulas tempestate coortam, cum votum matri Deorum pro salute fecisset, ad vnam ex his solitariam profecta, iuxta quoddam insomnium ei Dee insulam sacrauit, erecta ara sacra solemnia celebrauit, nominasse Insulam ferunt Samothrace, quod a Grecis sacra insula interpretatur. Quidam historici produnt eas primum appellatam Samum ab incolis, postea a Thracibus Samothracem cognominatam. Alij Amazonibus in Epirum, aduentantibus, ferunt Deorum matrem hac oblectatam insula, et alios quosdam in ea, et filios, quos Corybantas dicunt ea induisse, quis vero eorum extiterit pater in arcanis sacrorum traditur. Monstrasse quoq; ea fertur, que nunc in ea seruantur mysteria, templumque Asylum statuisse. Quam bene q frustra, exemplo Tantali docet arcana non esse detegenda. Tantalus enim (vt Diodorus scribit) fuit Iouis filius ex Plote Nympha, diuitijs, et gloria insignis, Paphla-

Cerimonie Samothracum

Samothracia

Dardania

Tantali fabula

Tantali supplicium

goniam habitauit, Dijs ob generis claritatem acceptissimus, quorum secreta in conuiuio eorum cognita, cum hominibus prodidisset, et viuus penam dedit, et post mortem apud inferos esse meruit, dicente Statio. Et sue perijt iniuria mense. Seruius putauit, Tantalum ideo esse ad inferos detrusum, q Dijs hospitibus Pelopem filium epulandum apposuisset, quod falsum est. Garrulus, qui Deorum secreta hominibus prodidit. In media aqua, aquis enim & pomis ori admotis esurit atq; sitit. Oui. Poma pater Pelopis presentia querit, et idem Semper eget liquidis, semper abundat aquis. Tibullus, Tantalus est illic, et circus stagna, sed acrem Iamiam poturi deserit vnda sitim. Macrobius scribit per Tantalũ eos designari, quos magis magisq; acquirendi desyderium cogit, presentium copia nõ videre, et influentia inopes egestatis mala in vbertate patiuntur, nescientes parta respicere, dum egent habendis.

Cistis, loco tuto et secreto. Alludit autem ad Cereris sacra, que more Attico in cistulis recondita capitibus virginum sustinebantur, quas Canephoras appellabant. Hora. Vt Attica virgo, Cum sacris Cereris procedit fuscus Hydaspes. De his Pausanias in primo ita scribit. Due virgines non procul a Polyadis tẽplo habitant, eas canephoras Athenienses nuncupant, apud Deam quodam tempore permanent, et aduenientе die festo, hec noctu agunt, capiti imponunt onus, quod Minerue sacerdos dat illis gestantibus nec sacerdos, que id dat, nec ipse que gestant, quidnam id sit intelligunt. Est autem non procul in vrbis parte quidam murorum ambitus, qui Veneris in hortis dicitur, qua descensus est sub terram sponte factus, eo virgines descendunt, ibiq; relictis, que ferebant, aliud nescio quid opertum tollunt. Has virgines iam hic relinquentes, alias earum loco in arcem ducunt. Nec caua vesanis, nec inanis galee pulsu tanquam ere Corybantum, aut tube clangore omnibus retegantur, vult enim Venus celari sua furta. Sane per caua era poete tubas designant. Virgi. Specula Misenus ab alta Aere cauo. Per flexum vero es cornu intelligimus, quo in prelijs vtebantur maiores. Ouidius. Non tuba directi, nõ eris cornua flexi. q autem cornua, quibus in prelijs vtebantur, erea fue-

Canephore

Cauũ es Flexũ es

rint, dicat Maro eo versu. Æreaq; assensu conspirant, cornua rauco. Et Vegetius in secundo libro de re militari, cuius verba hęc sunt, Tubicines, Cornicines, et Buccinatores, qui tuba vel ęreo cornu vel Buccina committere solent prelium. Melius tamen est, vt per flexum ęs buccinam intelligamus, nam Vegetius libro tertio scribit, tubam eam appellari, quę directa sit, buccinam, quę in semetipsam ęreo circulo flectitur, cornu vero, quod ex vris agrestibus argento nexum, temperatum arte et spiritu canentis flatu emittit auditum. Idē libro secundo ita scribit, Habet preterea legio tubicines, cornicines, buccinatores, tubicines ad bellum vocant milites, et rursus receptui canentes reuocant. Cornicines et buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingressu, conflictuq;, et eius reditu. Ouidius in Metamorphoseon appellat aduncum cornu obliquam tibiam, dexteram partem vnum, sinistra duo foramina habentem, quam Mida in Phrygia inuenit, vt Plinius tradit. Ea in sacris adhibebatur. Catullus. Tibicen, vbi canit Phryx curuo graue calamo et Ouidius I quarto Fastorum. Protinus inflexo Berecynthia tympana cornu Flauit. Attamen inter nos, quamuis arcana Veneris quotidie versentur inter amantes, volunt tamen celari. Non sub Ioue, non in luce, et in aperto. Horatius. Manet sub Ioue Frigido venator. At nunc nocturnis, eos damnat, qui quod nocte egerunt, die proferunt. Nec desunt, quas tu, non modo puellas, quę tuę non fuerunt ostendis, sed etiam quas nunquam attigisti. Quę vera negarent, quę dicerent non esse vera, si quis verum eidgeret. Et nulli, non omnibus puellis. Habent crimen, criminationem. Vbi nominis extat adulter, quando extat non re adulter, sed solo nomine. Nos etiam veros parce, colligit amantes veros amores nimi

Conueniunt thalami furtis, et ianua nostris
Parq; subiniecta veste pudenda latet.
Et si non tenebras, at quiddam nubis opacę
Querimus, atq; aliquid luce patēte minus.
Tū quoq; cū Solē nōdū prohibebat, et imbrem
Tegula, sed quercus tecta, cibumq; dabat,
In nemore, atq; antris, nō sub Ioue iūcta volu
Tāta rudi populo cura pudoris erat. (ptas.
At nunc nocturnis titulos imponimus actis
Atq; emitur magno nil, nisi posse loqui.
Scilicet excuties omnes, vbi queq; puella est,
Cuilibet vt dicas, hęc quoq; nostra fuit.
Nec desunt, quas tu digitis ostendere possis,
Nec qq̄ attigeris, fabula turpis erit.
Parua queror, fingūt quędā, quę vera negarēt,
Et nulli non secum concubuisse ferunt.
Corpore si nequeunt, qd possunt, noīe tangunt,
Famaq;, nō facto crimine, crimen habet.
I nunc claude fores custos odiose puellę,
Et centum duris postibus adde seras.
Quid tuti superest, vbi nominis extat adulter
Et credi, quod non contigit esse, cupit?
Nos etiam veros parce profitemur amores,
Tectaq; sunt solida mystica furta fide.
Parcite preterea vitia exprobrasse puellis,
Vtile quę multis dissimulare fuit.
Nec suus Andromedę color ē obiectus ab illo,
Mobilis in gemino cui pede penna fuit.
Oībus Andromache visa est spatiosior ęquo,
Vnus qui modicam diceret, Hector erat.

me aut parce debere profiteri. Furta mystica, clausa et secreta. Nec suus Andromedę, Andromeda fusca fuisse dicitur. Ouidius in Epistolis, Andromede patrię fusca colore suę, placuit tamen illa Perseo, qui eam a ceto liberauit, et vxorem duxit. Pēna mobilis, talaria designat. Perseus enim a Mercurio dilectus talaria, et Petasum accepit, et galeā qua indutus ex aduerso non poterat videri. Accepit et a Vulcano falcem ex adamante factam, qua Medusam Gorgona interfecit, auctor Hyginus. Omnibus Andromache, Andromache filia fuit Æetionis Thebarum regis, vxor que Hectoris, grandi corpore. Iuuenalis, Andromachen a fronte videbis, ea nomen accepit a virili pugna. Vnus qui modicam diceret, quamuis Andromache esse grandi statura, id tamen tanquam vitium illi nunquam exprobrauit Hector maritus, immo eam esse modicam dicebat. Male fers, moleste fers puellę vitium. Incipiens amor, nouus amor. Dum nouus in viridi, insitionem intelligit, de qua alias plura dicemus. Omnia sentit, omnia vitia notat. Noue vires, iuuencę nondum assuetę Taurum pati. Taurorum terga recusant, qui non didicere coitum pati, aut hoc dicit propter taurorum pondus, nam Plinius scribit foeminas taurorum vim non tolerare, et hanc ob causam ingredi in conceptu, aut certe per taurorum terga coria bubula intellige, quę primo solemus reijcere propter eorum malum odorem. At cum quis diutius illum pertulerit, videtur odor ille nón tam foedus, quam antea. Coria autem bubula detracta male olent, quemadmodum etiam pelles caninę. Martialis, Non detracta cani transtyberina cutis. Nominibus mollire licet, puellę vitia aliqua honesta

Perseus accepit talaria a mercurio

Andromache

appellatione poteris imminuere. Pice Illyrica, quę in Illyria nascitur. Illyrios (vt Appianus tradit) Gręci eos existimant, q supra Macedoniā, et Thraciam a chaonis, et Tesprotis ad fluuiū Istrū sedes hñt. Hi sic cognominati sunt ab Illyrio Polyphemi et Galatee filio. De Illyria plura dicemus in cōmentariis Tristium Ouidii, quę propediē edemus. Proximitate boni, mutando vitium in bonum.

Nix Illyri ca

Illyrii

Nec quo sit nata consule, aut quo anno nata sit. Per cōsules enim tpa numerabant Romani. Suetonius, sequentibusq; cōsulibus flamen Dialis destinatus est, et Martialis, Bis iam pene tibi consul trigesimus instat. Quę rigidus munera censor habet, quod censorum est officium, quam rem docet Plutarchus in vita Catonis his verbis, Censura, cum alias res, tum vero, vt mores vitasq; dijudicaret, plurimo imperio, ac ptāte est. Vnq; de nuptijs, de liberorū procreatione, deuiuendi ratione, de conuiuijs diligenter inquirat, nullam denique omnium cupiditatum, ac institutionum esse, quin adoriri, indagareque non oporteat. Hęc cum omnium magistratuum facile princep s sit, vniuersę rei publicę supremum, et perfectissimum locum habet. Et Cicero libro tertio de Legibus ita scribit, Censores populi, ciuitates, soboles, familias, pecuniasq; censento, vrbis templa, vias, aquas, ęrarium, vectigalia tuento, populiq; partes in tribus distribuunto, exinde pecunias, ciuitatis ordines partiuntio, equitū peditūq; plem distribuūto, cęlibes esse prohibento, mores populi regunto, probrum in senatu non relinquūto, bini sunto, magistratum quinquennium habento, reliqui magistratus annui sunto, eaque potestas semper esto. Si flore caret, si caret florente ętate. Eas autem intelligit, de quibus supra ita scripsit, Si te forte iuuat sera, et sapientior ętas. Sic et Terentianus.

Censurę officium

Q d male fers, assuesce, feres bñ, multa vetustas
Lenit, at incipiens oia sentit amor.
Dum nouus in viridi coalescit cortice ramus,
Concutiat tenerum quęlibet aura, cadet.
Mox, etiam ventis, spatio durata resistit,
Eternaq; adoptiuas arbor habebit opes
Eximit ipsa dies omnneis de corpore mendas,
Q uodq; fuit vitium, desinit esse mora.
Ferre nouę nares taurorum terga recusant,
Assiduo domitas tempore fallit odor.
Nominibus mollire licet mala, fusca vocetur,
Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit.
Si pęta est, Veneri similis, si flaua, Mineruę,
Sit gracilis, macie quę male visa sua est.
Dic agilem, quęcunq; breuis, quę turgida, plenā
Et lateat vitium proximitate boni.
Nec quotus annus, eat, nec quo sit nata require
Consule, qui rigidus munera censor habet.
Pręci pue si flore caret, melius q; peractum est.
Tempus, & albentes iam legat illa comas.
Vtilis o iuuenes aut hęc, aut senior ętas,
Iste feret segetes, iste serendus ager.
Dum vires, anniq; sinunt, tolerate labores,
Iam veniet tacito curua senecta pede.
Aut mare nauigijs, aut vomere scindite terrā
Aut fera belligeras addite in arma manus
Aut latus, et vires, operamq; afferte puellis,
Hęc quoq; militia est, hęc quoq; fecit opes.
Adde, qđ est illis operum prudentia maior,
Solus & artifices qui facit, vsus adest.

Parme. Florem ętatis appellauit puellam .xvi. annorum. Albētes comas, capillos canos. Aut hęc, quę caruit flore ętatis. Aut senior, aut paulo maturior. Iste feret segetes, ętatem carentem flore intelligit ex qua fructus tanquam ex agro sperandus esse dicit. Iste serendus ager, ista erit amanda.

Tolerate labores, non vmbratili vita marcescendum esse dicit. Hęc quoq; militia est, militant, et qui amant, est enim amor militię species.

Hęc quoque fecit opes, in amore quoque est spes lucrandi coitum. Adde quod est, illis, quid in maturiori ętate sperandum sit docet. Operum, actionum ad coitum pertinentium. Maior, q̄ in iunioribus puellis. Vsus, assiduitas. Rependunt, cōpēsant. Munditijs, mundo muliebri, et lautitia quadam.

Et faciunt cura .i. sollicitudine efficiūt. Vtq; velis Veneres, coeunt mille modis. Nulla tabella, nulla tabella continens varia concubitus genera, vt libris suis docuit Elephantis, ex q. bus Tiberius cubiculū instruxit ędibus picturis, quales libri designabant, vnde ē in obscęno carmine Lalage Priapo tabellas dedicans hęc ait. Obscęnas rigido deo tabellas. Ducens ex Elephantidos libellis.

Elephantidos libelli

Dat donum Lalage, rogatque tentes. Alium, si pictas opus edat ad figuras. Flauius Vopiscus scribit librum Elephantinum fuisse, in quo senatus consulta scribebantur. Tactu irritata voluptas, sentiūt illę, inquit, cum res iucundū est, idq; irritata libidine tactu ipso, et crebra agitatione.

Quod iuuat, quod placet, et delectat. Ex ęquo, quia uir et foemina pariter resoluuntur. Ferūt ex ęquo, ęqualiter resoluuntur, cum sentit foeminam irritatam esse libidinem, quod puellę iuniores non faciunt. Odi quę prębet, odi illam quę properat in coitu, ut cito ad lanificium redeat, quā nullam cum his capio voluptatem. Sicca alerū

tate coitus lassa, vel quę nō resoluta est. Quę dat officio, quę beneficio et mercede prestatur, nō voluptatis causa. Me voces audire iuuat, lasciua verba designat, quibus vtunt in coitu, sicut vita et aia, quod verbis gręcis notat Iuue. Hęc bona, has voluptates quę sunt in ea, quę caret flore. Post septē

mant. Martialis Platanū viduā appellat. Locus vero platanis consitus ab eodē Plataon appellatur. Obsistere vento, platanis frigus nocere, et ventos innuere & Plinio videtur, scribenti ab his ęstate arcendum esse Solem, hyeme admittendū. Hermionem, filiam Helenę et Menelai. Et melior Gorge, Plataon

Illę mūditijs annorum dāna rependunt,
Et faciunt cura, ne videantur anus.
Vtq; velis Venerem iungunt per mille figuras,
Inuenit plures nulla tabella modos.
Illis sentitur non irritata voluptas,
Quod iuuat, ex ęquo foemina, virq; ferunt.
Odi concubitus, qui nō vtrunq; n soluunt,
Hoc est, cur pueri tangar amore minus.
Odi quę pbet, quia sic prębere necesse est,
Siccaq; de lana cogitat illa sua.
Quę datur officio, nō ē mihi grata voluptas,
Officium faciat nulla puella mihi
Me voces audire iuuat sua gaudia fassas,
Vtq; morer memet, sustineāq; roget.
Aspiciā dominę victos amentis ocellos,
Langueat, et tangi se vetet illa diu.
Hęc bona non primę tribuit natura iuuentę,
Quę cito post septem lustra venire solent.
Qui pperant, noua musta bibāt, mihi fundat
Cōsulibus pscis cōdita testa meū. (anitũ
Nec platanus, nisi sera, potest obsistere vento,
Et lędūt nudos prata nouella pedes.
Scilicet Hermionen Helenę pręponere posses?
Et melior Gorge, q̄ sua mater erat?
Ad Venerem quicunq; voles attingere seram,
Si modo duraris, pręmia digna feres.
Conscius ecce duos accepit lectus amantes,
Ad thalami clausas musa resiste fores.
Sponte sua sine te celeberrima verba loquētur
Nec manus in lecto lęua iacebit iners.
Inuenient digiti, quid agant in partibus illis,
In quibus occulte spicula tingit amor.
Fecit i Andromache prius hoc fortissimus He
Non solum bellis vtilis ille fuit. (ctor,
Fecit et in capta Lyrnęside magnus Achilles,
Cū premeret mollem lapsus ab hoste torum.

lustra, post trigesimū quintū annum. Primę iuuentę, puellis minoribus natu.

Qui properant, q cito resoluunt. Noua musta, puellas iuniores. Mihi fundat auitus, det mihi foeminam quę expleuit trigesimumquintum annū. Consulibus priscis, veteribus ɔsulibus, vina enim quot annos haberēt per consules designabant. Martialis, Quę bis frontino consule plena fuit. Dolia terrę isfodiebantur Condita testa, apposito figura est, idest dolia terrę infossa, vt fieri solitum fuisse Plinius libro decimoquarto testatur. Idem docet cellas vinarias ex terra fieri solitas, vt et nostra etate in insula Cypri fieri annotaui, nam Plinij temporibus circa alpes ligneę fieri cępere, circulisq; cingi. Cellę vinarię Nec platanus, nisi sera potest, platanus arbor ē vmbrę gratia tantum petita orbe, vt Plinius docet, fuitq; in vsu apud Romanos ad vmbras inambulationū, quē vsum docuere Athenę. Visę.n. sunt in academia primum platani vnius vmbris trigintasex cubitorum luxuriantibus. Mero alebant, id enim compertum est radicibus prodesse, inde (vt Macrobius scribit) Hortensius orator petijt a Cicerone diem actionis cōmutari, quonam ipse erat iturus eo die in Tusculanum ad platanos suas vino irrigandas. Platanis Romanos in recitatione poetaꝝ vsos fuisse docet Iuue. cum inquit. Frontonis platani cōuulsaq; marmora cla- Platanus

Gorge filia fuit althęę matris Meleagri, et Oenei Regis Calydonię. Gorge Ad Venerem seram, ad coitum mulieris, quę trigesimū quintum annum excesserit. Conscius ecce duos, musam alloquitur, eamq; reijcit ab amantibus, dicturus. quę ab ipsis foedissima in lecto agitantur. In capta Lyrneside, in Hippodamia ex oppido Lyrneso, vt diximus. Velis maioribus, maiori cursu, hoc est ne celerius q̄ amica resoluaris. Desine, morare. Cum mora nō tuta est, cum times deprehendi, si diutius i coitu fueris moratus. Totis remis, totis viribus. Admisso equo, celeri eq.

Serta myrthea, q̄ res Veneris descripserim, cui myrtus dicata est, qua Lyrici et Elegi poetę coronabantur. Papinius. Nunc ab intonsa capienda myrto Serta, et alibi. Mitisq; incedere vates Maluit, et monstra laurus subtexere myrto. Myrto coronabat poetę Elegi Podalirius, fuit hic Æsculapij filius, et frater Machaonis, vt antea dictum est. Pectore, eloquentia. De Nestore in primo Iliados ita scribit. Homerus. Nestoris facūdia Surrexit Nestor Pyliorum, et imperio et facundia longe princeps, cuius ex ore dulcior melle fluebat oratio, vir sapientia simul, et annis. Siquidem tertiam iam ętatem hominum viuebat, et cum multis, qui iam decesserant vna floruerat. Quantus erat Calchas extis, Calchas (vt in primo Iliados scribit Homerus) Testoris filius Calchas fuit,

Illis te manibus tangi Briseis .ebas,
Imbutę Phrygia que nece semper erant.
An fuit hoc ipsum, quod te lasciua iuuaret
Ad tua victrices membra venire manus?
Crede mihi, Veneris nō est pperāda voluptas,
Sed sensim tarda perficienda mora.
Cū loca reppereris, quę tāgi foemina gaudet,
Nō obstet, tangas quo minus illa, pudor.
Aspicies oculos tremulo fulgore micantes,
Vt Sol in liquida sepe refulget aqua.
Accedant questus, accedat amabile murmur,
Et dulces gemitus, aptaq; verba ioco.
Sed neq; tu dominam velis maioribus vsus
Desere, nec cursus ante eat illa tuos.
Ad metā properate simul, tūc plena voluptas
Cum pariter victi foemina, virq; iacent.
Hic tibi seruandus tenor est, cū libera dantur
Otia, furtiuum nec timor vrget opus.
Cū mora nō tuta est, totis incumbere remis
Vtile, & admisso subdere calcar equo.
Finis adest operi, palmam date grata iuuētus
Sertaq; odoratę myrtea ferte comę.
Quātus apud Danaos Podalirius arte medēdi,
Aeacides dextra, pectore Nestor, erat,
Quātus erat Calchas extis, Telamonius armis
Automedon curru, tantus amator ego
Me vatem celebrate viri, mihi dicite laudes,
Cantetur toto nomen in orbe meum.
Arma dedi vobis, dederat Vulcanus Achilli,
Vincite muneribus, vicit vt ille, datis.
Sed quicunq; meo superarit Amazona ferro,
Inscribat spoliis, Naso magister erat.
Ecce rogant tenerę, sibi idem precepta, puellę.
Vos eritis chartę proxima cura meę.

Publij Ouidij Nasonis liber secundus de
Arte amandi explicit.

fuit, longe omnium diuinandi peritia, q ab Apolline didicerat, prestantissimus, atq; omnia cognita habens, quę fuerunt, quę sunt, quę erunt; quēq; vnuz Greci ad Troiā venientes digniß putauerunt, cuius diuinationē suę nauigationis ducē haberent. Dictis scrib. Calchanta fuisse Testoris Troiani filium, et haruspicem peritissimum, qui ab Apolline monitus, vt dimissis Troianis, Grecos sequeretur, Deo paruit. Eum scri. Seruius a Mopso peritia diuinandi superatum dolore interiisse.

Aiax Telamonius

Telamonius, Aiacem Telamoniū virū fortissimū intelligit, qui multū sua virtute Grecis pfuit, demū superatus in iudicio, et petitione armorū ab Vlysse in furorē versus est, et acceptis ferris discurrebat p siluas, minabatur que iudicibus, qui arma Vlyssi adiudicassent, et verberans arbores, et alalia, credebat iudices ferire. Sed cū postea resciisset, q̄ per isaniā fecerat, pudore affectus, gladio se interemit. De eo multa Ouid. in decimotertio Metamorphoseon. Dederat Vulcanus Achilli, mortuo .n. Patro. ē eo ab

Arma Achillis fabricata a Vulcano

Hectore Achillis armis spoliato, Thetis a Vulcano petijt, vt in eius grāz arma filio fabricaret, ita n. ē apd Homer. l. xviii. Iliados, illū alloquit. Hac ego nūc gra ad tua genua supplicatū venio, vt filio meo breui morituro clypeū, thoracē, ocreas, cassidē mis malleis fabricatā, q̄ll ātea hēbat largiaris, perijt n. dns amicus a Troianis cęsus, cuius morte mērēs humi pstratus iacet, tū demum Vulcanus armis pulcherrime fabricatis ad Achillis mrēz attulit, q̄ tāq̄ accipiter e niuoso olympo, ad filiū deferēs pperauit. Muneribus datis, datis armis et precepti s meis. Superarit Amazona, subegerit puellam, quā iccirco Amazona appellat, q amantes dicūtur milites esse Cupidinis, vt Amazonę foeminę militiā quoq; suam exercent. Vnde paulo ante dixit, militię specië ee amorem. Et ad Atticum ita scribit in amoribus, Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido Attice, crede mihi, militat omnis amans.

BARTHOLOMEI MERVLÆ ENARRATIONES IN VLTIMVM VOLVMEN OVIDII DE ARTE AMANDI

Arma dedi Danais. Fatetur Ouid. se primis duobus voluminibus dedisse preceptâ amatoria, et docuisse amantes, quibus modis possent puellas subigere. Nûc e diverso pollicetur, se puellis quoq; arma allaturum, quibus se tueri possint contra hominus ictus non: enim equum fuerat puellas nudas et sine armis in aciê descendere. Ab his vero sperandas esse victorias dicit, quibus ipsa Venus militie huius spectatrix, et princeps magis fauerit. Danais virjs pugnantibus contra puellas, vt Danai i bello Troiano contra Amazones, q̄ inuictis infantiû dextrioribus mâmis, ne sagittarû iactus impediretur, ita appellate sunt, vt in .ij. sui Epitomatis docet Iustl. Diodo.scr. penes Tixermodonta fluuiû primo Amazonus gentem fuisse, q̄ viris similes bellicis artibus, viribusq; corporis prestabant. Earum regina exercitu mulierû coacto exercuisse traditur eas militari disciplina, ac nônullas ex vicinis gêtibus expugnasse. Holes ad textrinum, muliebriaq; deputauit exercitia, lege statuit, vt sole foemine in re militari erudirentur, viris interdicta essent arma, seruiliaq; officia permissa. Maribus, qui ex eis nascebant, crura ac brachia debilitabant, quo bello inutiles fierent, foeminis dextrum inurebant mâmâ, ne pugne ipedimeto esset, ex quo et Amazonum eis est inditum nomê. Et tur. Pen.tu. per Amazones et caterruam Penthesilee, foeminas ods designat. Fuit autem Penthesilea Amazonus regina Martis filia, que (vt Diod. scri.) fusa ĉede perter rita, cû Amazonû reliquis ex pria, fuga Troianis auxilio affuit, ac post Hectoris obitû multis p̄claris belli facinoribus editis, ab Achille interfecta est. Hanc postremâ Amazonû p̄cipua virtute extitisse, reliqs q; deinceps eius gentis defecisse ferunt. Pares, vtrinq; armati. Puer, Cupido. Cur vi. in an. Adi. cur venenum addis serpenti, cû id illi a natura sit traditû, ex quo innuit mulieres natura callidas, fore his p̄ceptis magis insidiosas amatibus. Virus aût hic pro veneno accipit, cû alias virorê significet, vñ et fit virulêtus. Papinius. Iungâ ipse manus, atq; oê benigne virus. Minor At. Menelaus ex duobus fratribus minor natu, hoc dicit propter Helenâ, q̄ Paridê marito Menelao p̄posu. it. Helenesq; so. Clytênestrâ, quę cû Ægistho adultero (vt diximus) rê hibat. Maior At. Agamênon. Crimine, crimina tiôe. Si fce. Orcl. Amphiaraû Oeclei filius dicit augurandi arte peritissimû, q adolescens Argonautas secutus est dicente Statio. Iâ tûc prima cus pube virente Semideos inter pinus cû Thessala reges Duceret. Si cû postea suaderent amici Polynicis, vt ad bellû Thebanû duceretur, is q; prenideret, si ei bello afforet se periturû, id q; ppea recusaret, ferût Polynicê aureû torquê a Venere Hermione datû Amphirai vxori, quo belli societatê viro p̄suaderet donasse. Eo tpe Amphiaraus Adrastusq; de regno dissidêtes ad Eriphylês Amphiarai cûiugis Adrasti sororê oê dissensionis iudiciû rendêrunt, illa pro Amphiarao sniam tulit, adjciens, vt belli Thebis insturêdi socius [illegible] duxtorq; esset. Amphiaraus existimans se ab vxo[illegible] p̄ditû ad bellû spopondit se aditurû, sed Alcmeo[illegible] p[illegible]perauit, vt post suû obitû Eriphylê perimeret, qd pris mâdatû postea executus, facti p̄scientia in insaniam versus est Amphiaraus vero in terre hiatû cum curru delatus, ab sorptusq; nûq postea visus ê. TaIaoniç Eri. Talaonis Arginorum regis filię. In vi. equis, in curru, qui ab equis viuentibus

Amazões

Pēthesilea

Virus

Virulētus

Amphiaraus

Eriphyle



P. OVIDII NASONIS DE ARTE AMANDI LIBER TERTIVS.



Arma dedi Danais in Amazones, arma supersunt,
Quę tibi dem, et turbę Penthesilea tuę.
Ite in bella pares, vincant, q̄bus arma Dione
Fauerit, et toto qui volat orbe puer.
Non erat armatis ęquum concurrere nudas,
Sic etiam vobis vincere turbe viri.
Dixerit e multis aliquis, cur virus in angues
Adi, cis? et rapidę tradis ouile lupę?
Parcite paucarum diffundere crimê i omneis
Spectetur meritis quęq; puella suis.

trahebatur. Si sce. q mariitum prodidit. Ouid. de fine titulo. Ex quibus exiens, traiecit viscera ferro Filius, et pęnę cā monstie fuit. Est pia Pene. Penelope est casta, et in maritū pia. Fęminas. n. pleras. q; bonas esse docet exemplis. Penelope āt Icari, et Polycastę filia, Vlyssis vxor, marito ad bellum Troianum profecto, sem per in coniugali fide permansit inter la scinissimam procorum turbam. Lustris duo. annis decem, qbus post bellū Troianū errauit, et mores hoiēs multorum vidit, et vrbes, vt eleganssime occinit Home. Tondem lu. decē alys annis qbus pugnatum est c̄ Troianos. Proper. Penelope potuit bisdenos salua per annos Viuere tam multis foemina digna procis.

Penelope

Si minor Atrides Helenen, Helenesq; sororē,
Quo premat Atrides crimine maior hēt.
Si scelere Oeclides Talaonię Eriphyles
Viuus, & in viuis ad Stygia venit equis.
Est pia Penelope lustris errante duobus,
Et totidem lustris bella gerente viro.
Respice Phyllaciden, & quę comes isse marito
Fertur, & ante annos occubuisse suos.
Fata Pheretiadę coniux Pagasęa redemit,
Proq; viri est vxor funere lata sui.
Accipe me Capaneu, cineres miscebimus in-
Iphias, in medios desiluitq; rogos. (quit,
Ipsa quoq; & cultu ē, & noīe foemina virtus,
Nec mirum, populo si placet illa suo.
Nō tamē hę mentes nostra poscunt ab arte,
Conueniunt cymbę vela minora meę.
Nil, nisi lasciui per me discuntur amores,
Fęmina pręcipio quo sit amanda modo.
Fęmina nec flāmas, nec sęuos excutit arcus,
Parcius hęc video tela nocere viris.

Respice Phyllacidē, respice Protesilaū, qui (vt in. y. Iliad. scri. Home) ad Troiā cū. xl. nauibus nauigauit, quē ex cunctis gręcis primū e naui in littus incidentē vir Dardanus interemit, cuius mors magnum vxori, magnum desolatę domui, magnū etiā bellatibus socijs desyderiū reliqt. Nam cū Laodamia eius vxor Acasti filia, maritū in bello occidisse intellexisset, optauit, vt eius vmbram videret, q re poessa, non deserens tā in eius amplexibus perijt vt in vi. Aen. Serui. docet Prop. Illic Phyllacides iucundę pingis heros, Non potuit cęcis immemor esse locis. Protesilaus autē Phyllacides a Phyllace Phthioticę regiōis Thessalię vrbe, quę sub eius fuit imperio, vt in ix scribit Stra. appellatus est, vel ab auo Phyllaco Iphicli pře. Laodamia quoq; Phyllaceis a poetis appellatur. Comes isse marito, mortua. n. Laodamia in amplexu vmbrę Protesilai cū eo comes ad inferos pfecta est, non ad bellū Troianum, vt qdā putant. Sunt q hoc ad Hypsicrateam Mithridatis vxorem quam Plut. pellicem fuisse scribit, referendum putent, quę ob virilitatem, audaciāq; Hypsicratea a rege appellata viri Persici habitū, cultūq; sumens, ac equo illū fugientē Pompeius infatigabili cursu regis corporis generis curas comitata est, quousq; ad ... illū inoiam, in quo regis gaza pdebatur, peruentum esset. Tunc rex proximo tuiq; morti sitū iure veneni dedit, vt nemo, nisi voluntarius in potestatē hostium venerit. Hęc Plut. qbus verbis pijcit Hypsicrateā veneno perijsse. Sed melius ē, vt de Didone intelligas, quę cū a ciuibus cogeret,

Protesilaum

Phyllacides

Phyllaceis

Hypsicratea

vt Hiarbę regi mauritano q nuberet, qbus, nisi id illa fecisset, bellum denunciarat, sumpto trium fere spatio, et pyra in vltima parte vrbis extructa, veluti placatura mariti manes, inferiasque ante nuptias missura multas hostias mactauit, et sumpto gladio pyram ascendit, atq; ita populum inspiciens ituram se ad virum sicut praeceperat dixit, vitamque gladio finiuit, ad quod alludens Ouid. eā commentē marito inisse dicit Sichęo, et ante annos occubuisse, quod etiā Maro designat, cum inqt. Nam q nec fato merita, nec morte peribat. S; misera ati diem. Didonis historiam narrat Iustī. li. xviij De ea tale Auso nij extat Epigrāma, qd pridem Mediolani cum alijs multis repit nr̄ Georgius Merula. Didonis. n. imago ita ab illo fingit loqui illa ego sum Dido vultu, qui conspicis hospes, Assimulata modis pulchraq; mirificis. Talis eram, sed non Maro, quaz mihi finxit erat mēs, Vita nec incestis lęta cupidinibus. Nāq; nec Aeneas vidit me Troius vnq. Nec Libyam aduenit classibus Iliacis. Sed furias fugiens, atq; arma procacis Hiarbę, Seruaui fateor morte pudicitiam. Pectore transfixo castos quod perdidit enses Non furor, aut lęsus crudus amore dolor. Sic cecidisse iuuat vixi sine vulnere famę: Vita viriis positis menibus oppetij. Inuida cur in me stimulasti musa Maronē, Fingeret vt nostrę dāna pudicitię. Vos magis historicis lectores credite de me. Quam qui furta Deum, concubitusq; canunt Falsidici vates temerant carmine verum, Humanisq; Deos assimulant vitijs. Fata Pheretiadę, Admetus Pheretis filius Thessalus, vt Diodorus scribit, Alcestem Pelię filiam vxorem duxit, quę tanto amore maritum dilexit, ut pro eo mortem non recusant, cum eius parentes id facere neglexissent. Quod (ut Plat. scribit in conuiuio) ita Dijs gratum fuit, ut hanc ab inferis continuo suscitarint, tam egregio facinore delectati, dicente Papinio. Si Chelim Odrysiam pigro transmisit auerno Causa minor, et Thessalicus Admetus in oris Silua vna iterum Phyllacida rettulit vmbram. Historiam habes apud Valerium de amore coniugali. et Eurypides Alcestidis Tragediam scripsit. vnde a Iuuenale dictum est. spectant subeuntem fata mariti Alcestem. Coniux

Ausonij de Didone epigrāma

admetus Alceste

Sępe viri fallunt, tenerę non sępe puellę,
  Paucaq;, si quęras, crimina fraudis habent.
Phasiadem matrem fallax dimisit Iason,
  Venit in Aesonios altera nupta sinus.
Quãtũ ad te Thesen volucres Ariadna mari
  Pavit, in ignoto sola relicta loco.
Quęre novem vicibus cur vna feratur, & audi
  Depositis silvas Phyllida flesse comis.
Et famã pietatis habet, tamen hospes & ensem
  Prębuit, & causam mortis Elisa tuę.
Quid vos perdiderit, dicam, nescistis amare,
  Defuit ars vobis, arte perennat amor.
Nunc q̃z nescirent, sed me Cytherea docere
  Iussit, & ante oculos constitit illa meos.
Tum mihi quid miserę dixit meruere puellę?
  Traditur armatis vulgus inerme viris.
Illos artifices gemini fecere libelli,
  Hęc quoq; pars monitis erudienda tuis.
Probra Therapnęę qui dixerat ante maritę,
  Mox cecinit laudes prosperiore lyra.

Pagasę Pagasęa, Alcestis Thessala. Pagasę enim fuit Pherarum emporium, dictę (vt Strabo scri.) pp vicinos fontes. i. pagas, qui frequentes aquarũ vbertatẽ effundunt, vel q eo in loco Pelias Argo navem compegerit, q̃ Pagasęa ideo a poetis appellata fuit, et Iason Pagasęus. Accipe me Capanei Euad

Pagasęa navis

Euadnę tres

nas tres fuisse aperio vnam Neptuni et Pitanes, quę ab Eurota ꝓgenita est. Aliã Pelię regis filiã, quã Iason Oeneo Cephali Phocęorũ regis vxorẽ tradidit, vt meminit Diodorus. Tertiam Iphię filiam, quę Capaneo nupsit, q in bello Thebano, dũ scalis magno impetu murum ascẽderet, periit. Euadne vero vxor nimio amore cõiugis, se in eius rogum ardentem ꝓcipitauit. Ipsa q̃z et culta. Virtus et nomine, et habitu muliebri Romę colitur, qđ significat in eo sexu virtutem esse, nec eũ scelus admittere, vt fecere illę, quas commemoravit. Virtutis autem templum Romę erexit Marcellus, ut docet Livius in .vij secundi belli punici, & Valerius Maximus.

Virtutis templũ

Populo suo, muliebri turbę. Hę mẽtes, virtute preditę. Vela minora, mulieres minus bonę. Flãmas, amoris faces. Excutit, reijcit. Parcius, rarius, q homines sunt magis callidi. Fallunt, foeminas decipiunt. Phasiadem matrem, Medeã a Phasi Colchorũ fluuio dictã. Probat ãt puellas sępius falli, q̃ viros. Altera nupta. Creusa, quam a Diodoro Glaucem appellari diximus. In sinus Aesonios, in sinus Iasonis Aesonis filij. Historiam antea diximus. Quantum ad te Theseu, cum Theseus in Cretam navigasset. Ariadne Minois filia eius specie capta, docuit eum, quo pacto posset Minotaurũ occidere, deinde cum eo noctu clam recedens in insulam appulit olim Diam, postea Naxum appellatam, ibi ferunt Dionysium Ariadnes pulchritudine captum a Theseo virginẽ abstulisse, duxisseq; vxorem, auctor Diod. Ouid. tamen scribit eam dormientem a Theseo in insulam relictam. Pavit volucres marinas, per te potuit mori et marinas aves pascere. Novem vicibus, novies, hoc est sępius, vt prospiceret, an Demophoon rediret. Magis tñ placet vt per novem vias intelligas vrbem Thracię. Interpres.n. Lycophronis scribit in Alexãdra Phyllida Demophoontem ad vsq; novem vias secutam fuisse, q̃ Thracię civitas Amphipolis alio nõie dicta est, vt scribit

Ariadnes fabula

Thucydides et Suidas, cũq; illic Demophoontem frustra diu expectasset, impar amori Phyllis, mortem sibi consciuit, vnde et alibi poeta dixit, Nona terebat miserę via, et in lib. p̃ de Re. amo. ait, Et per qđ novies sępius isset iter, vbi in oĩbus locis intelligit de ea vrbe Thracię, quę novẽ vię dicebant. Cur vna feratur, cur vna Phyllis eat ad littus, in q̃busdã exemplaribus ita legit. Quęre novem curisse vices dicatur, idem tñ est sensus. Et audi Depositis silvas Phyllida flesse comis, ordo est, Et audi silvas flesse Phyllida, depositis comis, p silvas ãt amygdalum arborem desi gnat, in quã sine frõdibus mutata ẽ Phyllis, a qua Phylla gręce folia appellata ẽ Ser. scri.

Phyllis in Amygdalum

Phylla

Elisa, Elisa est nomen Didonis proprium. Dido.n. lingua Phęnissa virago dr.

Elisa

Dido

Perennat, durat. Nescirẽt, ignorarẽt puellę amandi modũ. Gemini libelli, duo volumina superiora. Probra The. Stesicorum poetam designat, in cuius ore ĩfantis luscinia cecinit (vt Pli. tradit) mirabili auspicio, summũ eũ poetã futurũ ꝓmonstrãs. Hic in Helenã carmen contumelię plenũ scripsit, quo Castor et Pollux eũ luminibus privarũt, sed cũ in sõno monitus Palinodiã, id est contrariũ cantũ cecinisset, visum recepit. Hora. Infamis Helenę Castor offensus vice, Fraterq; magni Castoris victi prece, Adẽpta vati reddidere lumina. De Stesicoro ita scri. Plato in Phędro. Est ãt his, q cõfabulando peccãt, expiatio q̃dã vetus, quam Homerus nõ novit, sed Stesicorus, oculis.n. ꝓuatus ob Helenę vituperationẽ nõ ignoravit cęcitatis cãm, vt Homerus, sed vt poete musicus eã agnovit, itaq; statim illa fecit carmina. Nõ verus ꝓmo ille fuit, nec navibus altis Existi fugiẽs, nec adisti pgama Troię, atq; ita edito poemate, quã Palinodiã. i. cantum cõtrium vocant, cõfestim visum recuperavit amissus. Maritę The. Therapne oppidum fuit Laconię, vt Mella scri. et Pli. ibi nata est Helenas, vnde a poetis Therapnęa appellatur. Ovi. Rure Therapnęo nata puella phrygem. Prosperiore ly. q visum recepat, quasi innuat Stesichori exẽplo lęsas foeminas placandas esse, dando ẽt illis pręcepta, q̃ viris cõtra eas dederat.

Stesicorus poeta

Terapnę

Petenda est, hoc est a Dijs petendum, ne foeminam lędas. Granaq; pau. paucas myrti baccas ∴ Acceptas, donis Myrti a Venere sumptis. Cessit o. scribendi difficultas amota est, fouente Venere,

Quas

Quas pud. et le nam matronas et castas reijcio. Eains: manifestatis, ostēditis. Qui canent, qui arent. Violaria, frutices violas gignētes. Hac mi. de spi. de hac spina, q̄ aruit, et vbi ante fuerant rosę, nil p̄ter spinas videmus, sic alibi. Nec semper viole, nec semp̄ lilia florent. Et riget amissa spina relicta rosa.

Rosa

Rosa āt (vt Plinius docet) nascit̄ spina verius, q̄ arbore, cuius vsum in coronamentis fuisse apd eundē legimus. Nec t. f. vt ab amantibus fieri solet. Horat. Parcius iunctas quatiūt fenestras, ictibus crebris iuuenes p̄terui. Nec tibi somnos adimit, amatq; ianua limen. Nocturna ri. nocturnis conuicijs. Franget pulsando crebris ictibus rumpetur. Sparsa nec inue. nocte coronati amātes stabant ante limē amicę, et exclusi. coronas relinquebāt. Oui. At tu non lętis detracta corona capillis, Dura super tota limina nocte iace. Idem etiam docet Proper. in pri. ea Elegia. Quę fueram magnis olim patefacta triumphis Ianua. Aui a puerili ętate. solent enim plerunq; inter cęteros capillos cani reperiri ea ętate. Anguibus exui. docet Pli. angues hiberno situ membrana corporis obducta foeniculi succo impedimentum illud exuere, nitidiq; vernare.

Angues exuunt senectam

Eosdem etiam alibi scribit senectutē exuere, eamq; protinus deuorare, vt ranę et rubetę, quę plurimis referta medicaminibus deponunt ea quotidie, ac resumunt, a pastu venena tantum sibi reseruantes. Nec faciunt ceruos, cornua ceruni mares habent, eaq; omnibus annis statuto veris tempore amittunt, et latent anni∫∫is, velut inermes. Indicia ętatis in illis gerunt singulis annis adijcientibus ramos vsq; ad sexenes. Ab eo tpe filia

Ceruorum senecta

munisfcunt, nec p̄t ętas discerni, sed dentibus, q̄s paucos hn̄t, aut nullos senecta declaraī nulliq; i imis cornibus rami. Vita his longa, centesimum annū excedunt. Fetrinni me ibos nō sentit hoc animal, quin et medetur huic timori. Adde q. ē partus, partus quoq; ipse puellis adimit iuuentę flores, qb antē q̄ eueniat, vtendū ē ętate colligit. Latmius End. Deae exēplis dicit veneri idul. gendum ē. Endymiō āt dictus est Lunam amasse, et illam eum dormientem fouisse amplexu in Latmio monte Carię, qm̄ (vt scribit Plin.) primus eius cursum, depręhēdit. Nec Ce. Auroram Cephali amore captā docet Oui. in. vi. Met. et Ser. in. vi. Æne. Deę ro. Aurorę. Vt taceā de te, Venerem amasse Adonim, ē eum ab apro occisum fleuisse, iam antea diximus.

Endymion lunam amauit

Æneam, Ex Venere et Anchise natus est Æneas. Hermionē, ne q̄, Hermione filia fuit Veneris, et martis, q̄ Cadmo nupsit. Diodo. scribit nō Hermionem, sed Harmoniam Iouis et Electrę filiam, Cadmo nupsisse. Eusebius quoq; Harmoniam, non Hermionem nominat.

Hermione

Harmonia

Cōstant, p̄manent. Et tamen vlla viro, ordo est. Et tamen vlla mulier, inqt, viro nō expedit. i. non cōuenit, non prodest foeminę cum viro rem habere. Perdis aquā, quam sumis. semen genitale intelligit, vt in Obscęno carmine, Vade per has vites, q̄rū sic carpseris vuas, Quas aliter sumas, hospes bibis aquas. Nec vos prosti. nec vos prostemit, et viris tanquam meretrices supponit. Sed me flaminibus: sensim inquit ingrediamur, donec ad pręcepta ventum sit, quod faciunt nautę, qui in portu facilioribus ventis vtuntur, at egressi in altum expandūt maioribus ventis vela.

Si bene te novi; cultas ne lęde puellas,
  Gratia, dum viuis, ista petenda tibi est.
Dixerat, & myrti (myrto nam vincta capillos
  Constiterat) folium, granaq; pauca dedit.
Sensimus acceptum numen, quoq; purior ęther
  Fulsit, & e toto pectore cessit onus.
Dum facit ingeniū, petite hinc p̄cepta puellę,
  Quas pudor, et leges, & sua iura sinunt.
Venturę memores iam nunc estote senectę,
  Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet, et veros etiam nunc editis annos,
  Ludite, eunt anni more fluentis aquę.
Nec quę pręterit, cursu reuocabitur vnda,
  Nec quę pręterit hora, redire potest.
Vtendum est ętate, cito pede labitur ętas,
  Nec bona tam sequitur, q̄ bona prima fuit.
Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi,
  Hac mihi de spina grata corona data est.
Tempus erit, quo tu, q̄ nunc excludis amātes,
  Frigida deserta nocte iacebis anus.
Nec tua frangetur nocturna ianua rixa,
  Sparsa nec inuenies limina mane rosa.
Quā cito (me miserū) laxant̄ corpora rugis,
  Et perit in nitido qui fuit ore color.
Quasq; fuisse tibi canas a virgine iuras,
  Spargentur subito per caput omne comę.
Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas,
  Nec faciunt ceruos cornua iacta senes.
Vestra sine auxilio fugiūt bona, carpite florē,
  Qui nisi carptus erit, turpiter ipse cadet.
Adde, quod & partus faciunt breuiora iuuentę
  Tempora, continua messe senescit ager.
Latmius Endymion nō est tibi Luna rubori,
  Nec Cephalus roseę prędą pudenda Deę.
Vt taceā de te, quem nūc quoq; luget, Adoni,
  Vnde hēt Aeneam, Hermionenq; Venus.
Ite per exemplum genus o mortale Dearum,

Gaudia nec cupidis vestra negate viris.
Vt iam decipiát, quid perditis? omnia cóstant,
Mille licet sumant, deperit inde nihil:
Conteritur ferrum, silices tenuantur ab vsu,
Sufficit, & damni pars caret illa metu.
Quis vetet apposito lumen de lumine sumi?
Quisue cauú vastas in mare seruat aquas?
Et tamé vlla viro mulier non expedit (inqt)
Quid, nisi quá sumis, dic mihi perdis aq̃?
Nec vos prostituit mea vox, sed vana timere
Damna vetat, dánis munera vestra carét.
Sed me flaminibus venti maioris iturum
Dum sumus in portu prouehat aura leuis.
Ordiar a cultu, cultis bene Liber ab vuis
Prouenit, & culto stat seges alta solo.
Forma Dei munus, forma quota q̃q; supbit,
Pars vestrum tali munere magna caret.
Cura dabit faciem, facies neglecta peribit,
Idalię similis sit licet illa Deę.
Corpora si veteres non sic coluere puellę,
Nec veteres cultus sic habuere viri.
Si fuit Andromache tunicas induta vagátes,
Quid mirum? duri militis vxor erat.
Scilicet Aiaci coniux ornata veniret,
Cui tegmen septem terga fuere boum.
Simplicitas rudis añ fuit, nũc aurea Roma é,
Et magnas domiti possidet orbis opes.
Aspice, quę nũc sunt Capitolia, quęq; fuerunt,
Alterius dices illa fuisse Iouis.
Curia, consilio quę nunc dignissima táto est,
De stipula, Tatio regna tenente fuit.
Quę nũc sub Phębo, ducibusq; palatia fulgent,
Quid nisi araturis pascua bobus erant?
Prisca iuuent alios, ego me nunc deniq; natum
Gratulor, hęc ętas moribus apta meis.

Liber, vinum. Quota quęque, rara vel nulla. Tali munere, tali forma. Corpora si veteres, docet rudi maiorum ętate puellas nó vsas fuisse cura in cultu corpis, vti postea dicere puellę Romanę, quas hortat, vt externo more facié comendét. Tunicas vagantes, vestes laxas. sunt q legant valentes. Scilicet Aiaci coniux, Tegmessam dicit, cuius amore tenebat Aiax. Nota. Mouit Aiacé Telamone natú Forma captiuę dominú Tegmessę.

Scutum Aiacis

Cui tegmé. q habuit nó ornatissimú et pbositum scutum, sed ex pellibus boú, vt rudi ętati conueniens. Quaz rem docet Homer. in vij. Iliad. ita scribés. Aiax interim se armabat, atq; vbi cú arma tura instructus é, pcessit, vt pstaret aspectu ipso vere eum eé ppugnaculum Achiuorum, sicut ingéti corpore, ita igenti aio, ridenti vultu, sed tñ feroci, pleno gradu, ac sublimi dextra trabalem lanceá qtiens, sinistra illud scutú immane pferens turris instar, qd ei fecerat lóge optimus artis scutarię opifex Dtichius q habitauit apud Hylé, ex septé electoz boú tergoribus, induta desup lamina ferrea, vñ Vlysses apud Ouid. in Met. ita loqt. Quę nisi fecissem, frustra Telamone creatus Gestasset lęua taurorum tergora septé. Aurea

Roma aurea

Roma, vel pulchra, vel diues, vel pp Capitolium, quod auratú fuisse docet Maro eo versu, Atq; his auratis volitans argéteus anser Porticibus, vel reuera aurea. Ná Sene. de psolatione ad Albinam ita scribit. Maiores nostri quorum virtus etiam vitia nostra sustentat, infelices erant, qui sibi manu sua parabant cibus, qbus terra cubile erat, quorum tecta nondum auro fulgebant, quorum templa nondum gemmis retinebát. Itaq; tunc per fictiles Deos religiose iurabát. Alterius Iouis, q laudis, qui nunc in his colitur. Capitolium autem mons est romę, a capite inuéto ab aperientibus fundamenta templi dictum, vt Liuius et Dionysius scribunt. Primo autem Saturniú, postea Tarpeium appellatum fuisse scribit Varro a virgine Vestali Tarpeia, quę ibi a Sabinis necata armis, et sepulta loco nomen dedit. Templum in eo Tarquinius struxit, Horatius postea consul dedicauit, euersum deinde bellis ciuilibus (vt Apianus docet) instaurauit Sylla, dedicauit Catullus. Tertio bellis Vitellianis instaurauit Vespesianus. Eo deinde mortuo incensum Domitianus iterum erexit. De Capitolii incendio, et instauratione plura legito apud Cornelium Tacitum libro decimonono.

Capitoliú Saturniú Tarpeiú Capitoliú euersum et instauratum

Quęque fuerunt, vel sub Tarquinio, vel Romulo regnante, vñ. stí I Fastis quoque ita scribit Ouidius. Iuppiter angusta vix totus stabat in ęde, Inque Iouis dextra fictile fulmé erat. Frondibus ornabát, quę nunc capitolia gemmis. Curia consilio, curiam duorum generum fuisse scribit Varro, vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt curię veteres, et vbi senatus humanas, vt curia hostilia, quam primus ędificauit Hostilius rex, ante hanc rostra erant, de quibus in octauo ita Liuius scribit. Naues Antiatum partim in naualia Romę subductę, partim incensę rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit, rostraq; id templum appellatum, vbi autem fuerint, docet etiam Pedianus. Erant, inquit, tunc rostra, non eo loco, quo nunc sunt, sed ad comitium prope iuncta curię, de qua nunc intelligit Ouidius.

Curię duorum generum

Rostra

De stipula, sic etiam Virgil. Romuleoq; recens horrebat regia culmo. Tatio regna tenente. Tatio Sabino pariter cum Romulo regnante, vt

Liui docet. Quę nūc sub Phœbo, Apollinis Palatii templum intelligit, quod in palatio Augustus ędificauit. Suetonius, Apollinis ea parte Palatinę domus excitauit, quam fulmine ictam desyderari a Deo aruspices pronunciarunt, addita porticus cum bibliotheca latina, gręcaq;, quo loco iam seni/or sępe, et senatum ha/buit. Porticus et templi Apollinis Palatini me/minit etiam Propertius multis versibus in ea Elegia, quę sic inci/pit. Quęris cur veniat tibi tardior. Duci/busq; palatia fulgēt, p duas imperatores de/signat, et Augustum, potissimum ac Tibe/rium, quorum alter in palatio habitauit, alter vero illic etiam natus est, vt docet Sue/tonius. Palatium aūt ideo appellatum est, q(vt Varro docet) Pa/lantes cum Euandro venerunt, qui etiam Palatini, et Aborige/nes ex agro Rheatino qui appellatur Palati/um, ibi consederunt. Alij a Palatia vxore Latini putauerunt. Sunt qui a pecore di/ctum putāt, itaq; Nę/uius Balatiū appellat. Virgi. Pallant qs di/ctum scribit a Pallan/te Arcade Liuius a Pa/lanteo monte Arca/dię Palatiū, deinde Pa/latinū montē appella/tum putat. Lentum aurum, vel tardū in/uentu, vel flexibile, vt plūbū. Subducitur, effoditur. Nā cuniculis p magna spatia actis cauant montes ad lucemq; lumina, vt docet Pli. a formicis, aut gryphibus apud Scytas eruit. Concha venit, margaritas intelligit, quę nascuntur in conchis. Earum dos ois in candore, magnitudine orbe, leuiore pondere, his nomen vnionum Romanę imposuere delitię, qm̄ nulli duo reperiant idē, scribit auctor Plinius. Diuerso littore, Rubri. s. et Indici maris, vbi clariores nascuntur, vt idē Plin. docet. Effosso marmo. ex quibus locis marmora effossa in vrbē veherentur, vt diximus in primo.

Apollinis Palatini templus

Palatius

Margarite Vniones

Nō quia nūc terrę lētum subducitur aurum,
Lectaq; diuerso littore concha venit.
Non, quia decrescūt effosso marmore mōtes,
Nec, quia cęrulee mole fugantur aquę.
Sed quia cultus adest, nec nostros māsit i ānos
Rusticitas priscis illa superstes auis.
Vos quoq; nō caris aures onerate lapillis,
Quos legit in viridi decolor Indus aqua.
Nec prodite graues insuto vestibus auro,
Per, quas nos petitis, sępe fugatis, opes.
Mūditijs capimur. nec sint sine lege capilli,
Admotę formam dantq;, negantq; manus
Nec genus ornatus vnū ē, quod quāq; decebit,
Eligat, et speculum consulat ante suum.
Longa probat facies capitis discrimina puri,
Sic erat ornatis Laodamia comis.
Exiguum summa nodū sibi frōte relinqui,
Vt pateant aures, ora rotunda volunt.
Alterius crines humero iactentur vtroq;,
Talis es assumpta Phœbe canore lyra,
Altera succinctę religetur more Dianę,
Vt solet, attonitas cum petit illa feras.
Hanc decet inflatos laxe iacuisse capillos,
Illa sit astrictis impedienda comis.
Hanc decet ornari testudine cyllenea,
Sustineat similes fluctibus illa sinus,
Sed neq; ramosa numerabis in ilice frondes,
Nec quot apes Hyblę, nec quot in Alpe feræ
Nec mihi tot cultus numero cōprēdere fas ē,
Adijcit ornatus proxima quęq; dies.

Nec quia cerulea, nec quia mollia et sumptuosissima erigūntur ędificia, vbi fuerant maria, quę a plerisq; Romanis strui solita docet Salustius his verbis. Nam quid ea memorem, quę nisi his qui videre nemini credibilia sunt, a priuatis com pluribus subuersos montes, maria constrata esse. Scribit etiam Plutarchus Lucullum iuxta mare circa Neapolum altiores profundis fossis cu/niculos suspendisse, et maritimas ędes, easq; amplissimas ędificasse; vbi fluxus maris, piscosq; riuos ędibus cir/cumduxerat, quibus operibus Stoicus Tu/bero, vel (vt Plinius scribit) Pompeius Xer/xem eum ex togato homine appellauit. Admotę manus, ad ornandum adhi/bite. Discrimina, di/uisionem capillorum. Puri capitis, sine vl/lo velamine. Exiguum nodum, cri/nes in orbem reda/ctos, quem cincinus Iuuenalis, annu/lum Martia. appellat. Iactentur vtroq; humero, per colla demissi fluant. Suc/cinctę Dianę, agili, et expeditę. Religetur, capillos post ceruicem collectos astringat, ita tamen vt deflu/ant, vt nunc Cypri/as fœminas vide/mus. Inflatos ca/pillos, tumentes, et parum astrictos. Testudine cyllenea, reti/culo curuo in mo/dum testudinis, quo vtuntur mulieres ad ornatum capitis. Iu/uena. Reticulum, que comis auratum ingentibus implet. Testudinem autem cylleneam appellat, quoniam Cyllenius Mercuri/us dicitur a Cyllene monte Arcadię, qui (vt scri/bit Diodorus) ad formam testudinis Lyram in/uenit hoc modo. Cum regrediens Nilus in suos meatus, varia in terris reliquisset animalia, reli/cta etiam testudo est, quę cum putrefacta esset, et nerui eius remansissent extenti intra corium, per/cussa a Mercurio sonitum dedit, ex cuius imita/tione cithara est composita, vt docuit Seruius in quarto Georgi. Sustineat similes fluctibus alia, quoque ita astringat capillos, vt illi fluctus imitari videantur. In Alpe, in mon/tibus, posuit speciem pro genere. Sunt

Maria a priuatis constrata

Xerxes togatus

Reticuli testudine vnii

Cyllenius Lyra inuēta

Alpes

At neglecta decet multas coma.sępe iacere
Hesternam credas,illa repexa modo est.
Ars casum simulet,sic capta vidit in vrbe
Alcides Iolen,hanc ego,dixit,amo.
Talem te Bacchus Satyris clamantibus heuhoe
Sustulit in currus Gnosi relicta suos.
O quantum indulget vestro natura decori,
Quarum sunt multis damna piāda modis.
Nos male detegimur,raptiq; ętate capilli
Vt Borea frondes excutiente,cadunt.
Foemina caniciem germanis inficit herbis,
Et melior vero quęritur arte color.
Foemina procedit densissima crinibus emptis,
Proq; suis alios efficit ęre suos.
Nec pudor est emisse pal.i, venisse videmus.
Herculis ante oculos,virgineumq; chorum.

enim Alpes montes altissimi,qui Italiā a Gallia et Germania disterminant,quas Hānibal cū exercitu traiecit.Iuue.Et montē rupit aceto Dictę sunt alpes(vt Pōpe.scri.)ab αλφη qō cid dū interpretat, q perpetuis niuibus albescunt. Seruius nomen a Gallis inditū putat,qui mōtes altos Alpes vocant, de Alpibus plura legito apud Silium in quarto. Tot cultus, tot ornandi modos.

Adiicit ornatus,nouos cultus foeminę in dies excudunt, id quod et nra tēpestate fieri videmus. Illa repexa,paulo ante ornata iterū repectitur.

Hercules Ioles ab duxit

Ars casum simulet, capillos casu inornatos esse simulabis, cū tū eos,pexueris. Sic capta vidit in vrbe, Hercules Iolem Euriti filiam in Oechalia dominantis vxorem petiit,pater q Megaram vxorem ille pau loante dimiserat, veritus,ne Ides filię eueniret, super eo se matrimonio ꝯsultur dixit,Hercules frustratus sponsa in Ætholiā venit, & Deianiram Oenei ex Althęa duxit vxorem,deinde in Oechaliam contra Euriti liberos,qm̄ Iole vxor ei negata fuerat,exercitum duxit,vrbe capta Euriti filios Toxeum Molionē,ac Pytium occidit, Iolem vero abduxit, quam miro amore prosecutus est, auctor Diodo. Heuhoe,vox est bacchātis. Gnosi relicta, Ariadnam significat,cuius fabulā diximus. Indulget vestro decori, facit vos decere.

Defluuiū capillorū

Dāna piāda,q corporis vitia celatis. Raptiq; ętate capilli, de fluuiū capillorū(vt Pli.scri.) in mulierę rarū,in spadonibus non visu,nec in vllo ante Veneris vsus, nec infra cerebrū,aut infra verticē, aut circa tpa,atq; aures. Caluitiū vni tm̄ alalium hoi,pręterq̄ innatū.nā quędā aialiū naturaliter caluēt, sicut Structio cameli,et corui aquatici,quibus inde apud Grecos nomē est. Foemina caniciem, ostendit foeminas ętatis et vitia posse cęlare, sic et Tibullus.Tum studiū formę est,coma cū mutat, vt annos Dissimulet viridi cortice tincta nucis.

Germanię herbę Glastum

Germanis herbis,quibus Germani vtunt ad colorandos capillos.Eos.n.Strabo scribit maxime comas nutrice. Aut herbā intelligit,quę in Gallia Glastum appellatur,quo britannorū ꝯiuges, nurusq; toto corpore oblitę quibusdam in sacris nudę incedunt, Æthiopū colorē imitantes, vt Plini. refert. Scribit et Cęsar in quinto Cōmentariorū,Britānos oēs Glasto infici.quod cęruleū efficiat colorē. Caniciē,canos capillos. Vero,natiuo colore. Crinibus emptis,foeminę.n. defluē.ibus capillis, alienis

Capilli externi

vtunt,quos Propertius externos appellat. Ouid.ad Corinnam, O quam sępe,aliquo crinem mirante rubebis, Et dices empta nunc ego merce probor. Herculis et Martia. Dentibus atque comis nec te pudet vteris emptis. Herculis ante oculos Hercules Romę ędem habuit foro Boario proximam, vt scribit Dionysius, vbi eius Dei statuam sacrauit Euāder, et triumphalis dicebatur, et per triūphos vestiebatur habitu triūphali, auctore Pli. Huius templū(vt Soli. docet)nec canes, nec muscę ingrediebant, cuius rei causā hanc esse arbitrat, q cū viscerationē sacrificolis daret, muscarū Deum dī imprecatus, clauā vero in aditu reliquisse,cuius olfactus refugerent canes.

Ędes Herculis triūphalis

Fuit et Romę ad portam Trigeminā iuxta Tyberim ędes Herculis,q̄ M. Octauius Herenus imperato a magistratibus loco, consecrauit, vt Macro.scribit.In quo ex decimis sacra Deo offerri solita refert Diodo.

Ędes Herculis musarum

Fuit quoq; ad circum Flaminium ędes Herculi cum musis communis,cuius rei causam assignat in Proble.Plutar.Macro. Fuluium nobiliorē fastos in ęde Herculis musarum posuisse scribit. Ille enim primus ędem Herculis musarum ędificauit,ex pecunia censoria,non in modo secutus, q ipse litteris, et summa poetę amicitia duceretur, sed q in gręcia cum esset imperator acceperat Herculem Musagetem esse idest comitem,ducemq; musarum, idemq; primus nouem signa, hoc est omnium camęnarum ex Ambraciensi oppido translata,sub tutela fortissimi numinis consecrauit,vt res est, quia mutuis operibus et pręmiis ornari, iuuariq; deberent musarum quies defensione Herculis,et virtus Herculis,voce musarum, auctor Nazarius in Panegyrico Constantini Eam igitur ędem postea refecit Martius Philippus Augusti vitricus, vt Suetonius docet. et in septimo Fastorum Ouidius ita scribit. Sic ego, sic Clio, clari monumenta Philippi Aspicis, vnde trahit Martia casta genus. Martia. Pusillum appellat Herculem iuxta Tyberim ad eius differentiam, qui erat foro Boario proximus, qui maximus dicebatur, quoniam (vt docet Dionysius) ibi erat ara, quę a Romanis dicebatur maxima, cuius etiam meminit Maro; ad quam Hercules decimam obtulit. Fuit etiam Hercules apud Circum maximum in ęde Pompeij magni opus Myronis, cuius meminit Ouid. in Fast. Altera pars Circi custodem sub Hercule tuta est. Quod Deus euboico carmine nomen habet.

Hercules Musagetes

Hercules pusillus Hercules maximus Hercules apud circum maximum

bet. Virgineumq; chorū,musarū cętum quę sunt nouem,quarū noia,ē significationes legito apud Dio dorū in.v.

Segmēta Segmentatus Segmentarij

Segmenta,vestes aureas,vñ segmentatus.Iu.Et segmentatis dormisset paruula cunis.Et segmentarij (vt Probus scri.) dñr,qui vestes ex auro elaborabant.Segmentum ēt scri. Ser.esse ornamentum colli,quod monile appellamus. Sunt ēt segmenta fasciolę qdā. que extremā ptem vestis ambiūt,a crebris sectionibus appellata.Iuu. Segmenta et longos habitus monilia sumunt. Segmēta etiā circulos appellamus. plin.Plura sunt autē hęc segmenta mūdi, nři circulos appellauere,Gręci paraleios. Segmentum. ptēr ea sigt quisquilias rerū sectarū a seco verbo mutatiōe c in g;. Pli. crassior enis harena lassioribus segmentis terit.

Tyrus insula Tyria purpura Purpurę color duplex

Nec quę de Tyrio murice,Tyrus quondā insula ꝑ alto mari septingentis passibus diuisa, postea vero Alexandri magni oppugnantis operibus iūcta,nobilis fuit conchilio atq; purpura,quę olim optima erat,vt Stra.scri. vnde Ouid. de Remedio ita inquit.Confer Amyclęis medicatum vellus ahenis Murice cū Tyrio turpius illud erit.Purpurę āt color duplex erat,puniceus qui in Africa nascebatur,et rubēs qui in Tyro. Tibullus. Illę selectos certent ꝑbere colores. Africa puniceū, purpureumq; Tyros. Suos census,qcquid possident.

Cęsius color Hiacynthinus color

Aeris ecce color,is cęsius appellatur a cęli colore.vt Gellius docet,eum quidam hiacynthinū appellant,vulgo cęlestem dicimus. Qui quondā Phrixon,et Hellen,qui color aeris erat, cum Phrixus transfretauit nouercam fugiens. Sunt qui referendū putent ad aureū arietis Phrixei colorem, qđ non placet.Phrixus Athamantis regis Thebarū ex Nephyle filius nouercę insidias declinans vna cum sorore Helle e Grecia aufugit,qbus transfretātibus iuxta qđdam Deorū oraculum ex Europa in Asiam sup aureo ariete,aiunt virginem in mare delapsam dedisse Hellespōto nomen,Phrixum in ponto phasiacentem delatū in colchida, qui cum fm oraculum arietem sacrificasset,pellem in templo Martis suspēdit,auctor Dio.Iō āt fingūt Phrixū ab ariete vectū fuisse,qm(vt Euse.scr.)nauis ei parata erat,cuius isigne aries erat. Palephatus affirmat Arietē vocatū nutritorē Phrixi,ꝑ quē aufugit. Dolis Inois, insidijs nouercę Inus, qbus conati sunt

Quid de veste loquar? nō iā segmenta requiro,
Nec quę de Tyrio murice lana rubet.
Cum tot prodierint pretio leniore colores,
Quis furor est census corpore ferre suos?
Aeris ecce color,tum cum sine nubibus aer,
Nec tepidus pluuias concitat Auster aquas.
Ecce tibi similis,qui quōdā Phrixon, ꝙ Hellen
Diceris Inois eripuisse dolis.
Hic vndas imitatur,hꝫ quoq; nomē ab vndis,
Crediderim nymphas hac ego veste tegi.
Ille crocum simulat,croceo velatur amictu
Roscida Luciferos cum Dea iungit equos.
Hic Paphias myrtos,hic purpureos amethistos
Albentesue rosas,Threiciamue gruem.
Nec glandes Amarylli tuę,nec amygdala desunt.
Et sua velleribus noia cera dedit.
Quot noua terra parit flores,cum vere tepēti
Vitis agit gemmas,pigraq; fugit hyems,
Lana tot,aut plures succos bibit,elige certos
Nam non conueniēs omnibus vnus erit.

aufugere. Ab Ino.n.Inous deducit.Ouid.in Meta. Inoosq; sinus Athamanteosq; perrat.

Glaucus color. Hialus Glaucū Glauce

Hic vndas imitat,glaucū,hoc est viridē colorem designat, quē Hialum qꝫ appellamus. Habet quoq; nomen ab vndis,glaucum.n.Gręci viride appellant. Virg. Et glauca canentia frōde salicta. Et Glauce vna Nereidū ita appellata est a colore maris. Sunt q vestes chimatiles a fluctu cognominatam,cuius meminit Plautus,intelligi velint. Crediderim nymphas,idem videtur in Geor. Maro significare,cui inqt. Milesia vellera nymphę Carpebant hiali saturo fucata colore. Roscida Dea, Aurora. Luciferos eqs. equos lucem ferēts.

Murtia Venus

Paphias myrtos, Veneri dicatas. vnde Romę ara vetus fuit Veneris myrtę,quā Murtiā vocabant.Liuius.ad Murtię datę sedes.De myrto plura legito apđ Pliniū in.xv.

Amethistinus color

Amethistos, amethistinus color ē violaceus, ab Amethisto gēma appellatus,de quo Plin.hęc.Aliud Amethiston,qui viola et ipse in purpureum quemq; ianthinum appellauimus,quis falso in plerisq; codicibus Hyacinthinum quidam legi existimant.De amethistina veste Martialis,Amethistinasq; mulierum vocat vestes.

Strimonię grues Strimon

Threiciamue gruem,quam Maro strimoniam appellauit. Est enim Strimon Macedonię terminus,quam Thracia diuidit,ad quam ęstatis tempore multę aduolant grues. Nec glā. Amarylli tuę,alludit ad illud Maronis carmen, castaneasq; nuces mea quas Amaryllis amabat.Colorē autem eum designat,quem in castaneis videmus.

Cęruleū

Nomina cera dedit, cęruleum enim a colore cerę appellamus.color est medius inter viridem ē nigrum,vt docet Seruius. Plures succos,plures colores. Elige certos,elige decentes colores.

Pullum Pullatū

Pulla decet niueas,nigra vestis candidam decet puellam.Pullum enim nigrum appellamus,vnde pullati proceres. Cum rapta est,vel ab Achille diruta eius patria,vel ab Agamemnone Achilli erepta missis, pręconibus Taltybio, et Eurybate, qui eam deduxere inuitam męstam,et pene ire recusantem.vt in primo Iliad.scribit Homerus. Cephei, Andromade filia Cephei Aethiopum regis.

Seriphos

Pressa Seriphos, vel a te calcata et habitata, cum in eam delata es a Perseo, vel paruum mari eminens.Est enim Seriphos parua insula cycladū

vna,in qua ea facta vulgantur,quę ouir in fabulis.Dicunt.n.Dyctem piscatorem in eam insulam Danae arcam abduxisse retibus,in q̃ Perseus cũ mre Danae positus tenebat,quos pr Acrisius in mare abiecerat,in ea educatum fuisse Perseum tradunt, qui cum caput Gorgonis allatũ Seriphys ośdisset vniuersos mutauit i lapides, idq; in matris vltionem,q̄ illis adinioribus Seriphi rex Polydectes nuptiis i. nitam adegisse construisset,Adeo at cõstat lapidosam esse Seriphũ, vt id inspecta Gorgone obuenisse dica, a uctor Strabo.

Danae cum Perseo reperta a Dycte Seriphi i lapides

Ne trux caper iret in alas, ne male olerent alę,in qbus hircum cubare pueribũ fuisse dicimus.Alexi der Aphrodiseus scribit axiam ideo grauissime olere, q̄ ipi ramentis careat, grauem aũt odorem in his scipimum esse pp putredinem, quę ibi gignitur ob humiditatis moram, q̃ nec dimouetur nec exercetur,virus ãt alaꝝ, et sudores sedari alumine docet Plini.lib. xxxv. Sed non caucasea,non doceo hęc

Ad sedi alaꝝ virus

Pulla decet niueas,Briseida pulla decebat,
Cum rapta est pulla tum quoq; veste fuit.
Alba decent fuscas,albis Cephei placebas,
Sic tibi vestitę pressa Seriphos erat.
Q uã sępe admonui,ne trux caper iret i alas,
Neue forent duris aspera crura pilis.
Sed non caucasea doceo de rupe puellas
Quęq; bibunt vndas Myse Caice tuas.
Quid,si precipiam,ne fuscet inertia dentes?
Oraq; suscepta mane lauentur aqua?
Scitis,ꝛ inducta candorem quęrere cera,
Sanguine quę vero non rubet, arte rubet.
Arte,supercilii confinia nuda repletis,
Paruaq; synceras velat aluta genas.
Nec pudor est oculos tenui signare fauilla,
Vel prope te,nato lucide Cydne croco.
Est mihi,quo dixi vestrę medicamina formę
Paruus,sed cura grande libellus opus.
Hinc quoq; pręsidium lęsę petitote puellę,
Non est pro vestris ars mea rebus iners.
Non tñ expositas mensa deprendat amator
Pyxidas,ars faciem dissimulata iuuet.

foeminas barbaras,ẽ incultas,et montiũ incolas. Caucasus Est.n.Caucasus mons ab India,vsq; ad tauꝝ porrectus,qui pro gentium et linguaꝝ varietate quo versum vadit diuersis nominibus nuncupat. Vbi ãt an orientem in excelsiorem ꝑsurgit sublimitatẽ pp niuium candorem Caucasus nuncupat, nam oriẽtali lingua Caucasum sigt candidum, auctor Ptolomęus.Strabo scri.Macedonibus cũ Alexãdro in Indiam ꝓfectis Caucasum vocatũ esse. Solinus refert montẽ Caucasum ab India incipere,et maximam orbis pażm ppetuis iugis penetrare. Myse Caice,Caicus (vt Plin.scri.) fluuius est Phrygię a Mysia veniens. Ne fuscet,ne rubiginosos dentes esse patiat. Mane lauenẽ aqua,ne rubiginem cõtrahit,aut violetur halitus,quod fit ciboꝝ.ac dentium vitiis,sed maxime senio,vtile est ãt mero ante somnos colluere ora pp̃ halitum, frigida aqua matutinis impari numero ad cauendũ dentium dolores,auctor Plin. Inducta cera,superinducta cerusa.Mar.Sic quę nigrior est cadente moro, cerusata sibi placet Licoris.Colores ãt qbus mulieres faciem venustant,hi pręcipui sunt,Cerusa, Tetrachia, Silenusia,Melinum,et Purpurissum,de qbus Plin.multa. Arte rubet,superinducto scz fuco.

Caucasus
Caicus
Cum Halitus violatur
Colores ad facies venustãdam

Arte supercilii,foeminę calamistro et coloribus raritatem superciliorum emendabant,vnde Plin. scribit vrsino adipe misto ladano,et lantho capillorum defluuia contineri,et raritatem superciliorum cum fungis lucernarum, ac fuligine,quę est in rostris earum emendari,quod notat etiam hic eo versu.Ille supercilium madida fuligine tinctum obliq; producit acu. Paruaq; aluta,paruum tectorium, quasi quędam pellis.Est.n.aluta mollior pellis, vnde alutarium pisceꝫ apud Plin. legimus, ẽ in commentariis Cęsar scribit Gallos velis ex alutis tenuiter confectis vti solitos fuisse.Inue.alutã ã crumena posuit. Nec pudor est oculos, cinere et croco vtebanẽ mulieres ad venustãdos oculos, vtebantur etiam stibio,vñ in sacris litis Ezechiel inquit, circumlinisti tibi oculos tuos stibio, et ornata es mundo muliebri. De stibio, siue stibia (vtroq;.n.genere proferunt) plura legito apud Pli. in lib. xxxiii.Pone hic meliligere de eo aluminis gñe, qd Melinũ appellat Pli. ab insula Melo.id combustũ carbonibus,donec cinis fiat,oculorum scabricias examinat,vis n. eius astringit,ob id oculoꝝ vitiis aptissimũ esse Pli.docet.Plau.in Mustellaria.Neq; cerusã,neq; Melinũ oportet attingere,eundẽ vsum ꝓstat Sinopis, a Sinope vrbe appellata. Lucide Cydne croco,Cydnus fluuius est Cilicię,queꝫ a Tauro ortum hře scribit Stra. Alii ex alueo Cohaspidis deriuari tradunt.ut docet Solinus Tarsum liberam vrbẽ ꝓcul a mari secat.In Cilicia ãt optimum crocum nascebat,quo in venustandis oculis vtebant. Est mihi quo dixi,libellum Oui.composuit de medicamine faciei, quẽ desyderamus,nam is,qui extat,non Oui. esse quidã arbitrant. Lęsę,faciem,lęsam et violatam bñtes. Hinc,ex eo libello. Pyxidas,vasa ex buxo. Ars dissimulata iuuet,venustandi ar ẽ non detegendam esse pręcipit. Oesopa quid redolent,fordes Pecudũ,sudorq; foeminum,alarumq; adherẽtes lanis Oesopũ vocant.Innumeros ꝓpe vsus hñt,in Atticis ouibus genito palma fit pluribus modis, sed ꝓbatissimũ lana ab his pribus recentis cõcepta, aut qbuscunq; sordibus succidis primũ collectis,ac lẽto igñi in gneo vase suffervefactis,et refrigeratis

Ad raritatem superciliorum
Aluta
Alutarius piscis
Ad venustandos oculos
Stibium
Melinum
Sinopis
Cydnus
Oesopus

Quem non offendat toto fex illita vultu,
Cum fluit in tepidos pondere lapsa sinus?
Oesopa quid redolēt,quāuis mittanē Athenis,
Dēptus ab immundę vellere succus ouis?
Nec coram mistas cerue sumpsisse medullas,
Nec coram dentes perfricuisse probem.
Ista dabunt faciem,sed erunt deformia visu,
Multaq; cum fiūt turpia,facta placent.
Quę nūc nomē habēt operosi signa Myronis,
Pondus iners quōdā,duraq; massa fuit.
Annulus vt fiat,primo colliditur aurum,
Quas geritis vestes,sordida lana fuit.
Cum fieret lapis asper erat,nūc nobile signum,
Nuda Venus madidas exprimit ibre comas
Tu quoq; dum coleris,nos te dormire putemus,
Aptius a summa cōspiciere manu.
Cur mihi nota tui causa est splendoris in ore?
Claude fores thalami,quę rude cogis opus.
Multa viros nescire decet,pars maxima rerum
Offendat,si non interiora tegas.
Aurea quę pendent ornato signa Theatro,
Inspice q̄ tenuis bractea ligna tegat.
Sed neq; ad illa licet populo,nisi facta, venire,
Nec,nisi summotis forma paranda viris.
At non pectendos coram prębere capillos,
Vt iaceant fusi per tua colla,veto.
Illo pręcipue,ne sis morosa,caueto
Tempore,nec lexas sępe resolue comas.
Tuta sit ornatrix,odi,quę sauciat ora
Vnguibus,et rapta brachia figit acu.
Deuouet,& tangit dominę caput illa,simulq;
Plorat ad inuisas sanguinolenta comas.

pinguiq; quod supernatat collecto in fictili vase, iterūq; decocta priore materia, quę pinguitudo vtraq; frigida aqua lauat,et linteo siccat, ac Sole torret,donec cādida fiat,ac trāslucida,tū i stagnea pyxide cōdit.Probatio āt vt sordium virus oleat,et manu fricante ex aqua nō liq̄t,sed albescat,vt cerusa,oculis vtilissimū cōtra inflāmationes, genarūq; callū,auctor Pli.Est aūt ordo,Oesopa appositiue succus dēptus a vellere immūdę ouis qd redolent, q̄uis mittant Athenis De Oesopis multa et Dios.ē Attic.q ea humida appellat.Sunt q ysc.pa legāt. Alij Oesypa legendū putāt.Ita enim apud Diosco.legit,deducitur ab oue quā Grecioivvocāt q̄si oιοσ ρυπον i. ouiū sordes. Signa Myrōis

Myrones duos

Myrones duos fuisse Plin.scribit. Alterū Lycū Polycleti discipulū,q floruit olympiade.lxxxvij. alterū vero Eleutheris natū,Ageladis discipulū. Bucula eū maxime nobilitauit celebratis versibus laudata,fecit & canē et Discobolon,& Persea,et Cristas,et Satyrū admirātē tibias,et Minerua, Delphicos, Pentathos, Pācratiastās,Herculē,q ē apud circū maximū i ęde Pōpeij magni,vt antea docuimus.Fecit & Cicadę monumētum et Locustę,& Apollinē quē a triūuiro Antonio sublatum restituit Ephesis Diuus Augustus in quiete monitus. Pondus iners, ęs

Venus nuda

sine forma. Collidit aurū,malleo cuditur, vel liquescit. Nuda Venus,potes intelligere de ea Venere,quę(vt Pli.scribit)erat intra Octauię porticus in ęde Iouis,quā Heliodorus,quod est alterum in terris symplega nobile lauantem sese fecerat, vt non immerito poeta dixerit,eam madidas comas exprimere.magis placet loquatur de Venere Praxitelica nuda illa Gnidiam antecedente, et quęcunq; alium locum nobilitant,quę fuit in templo Bruti Callaici apud Circum flamineum, cuius meminit Pli. Exprimit imbre comas tanquam exiens

e mari,ex quo nata fertur,talem enim eam fecerat,qualem etiā Apelles pinxerat. Aptius a summa,aptius inquit aspiciere ab amante, cum extremam manum imposueris tuo cultui. Aurea signa,quę inter columnas locabantur,vnde in.M. scauri Theatro legimus signa ęrea inter columnas fuisse numero tria millia. Tenuis bractea, tenuis lamina. Virgilius. Sic leui crepitabat bractea vento. Morosa,difficilis, querula. Tuta sit ornatrix, sit secura,ne eam pulset. In ęde,in loco minime viris peruio. Bonę Deę,ad quā viris nō est accessus. Propertius. Sacra bonę maribus non adeunda Deę. Bona autem Dea, quam Gręci Gineciam nominant, Romę colebatur, eam Phryges Midę nepotes regis parentem asserunt, Romani Driada puellam Fauni vxorem extimabant,nōnulli Gręcorum illam ex Liberi nutricibus eē, quam ne fari liceat, vnde et mulieres,cum festos ei dies peragūt tabernacula in vitigineis intexunt ramis, sacrum pręterea dracorem Deę secundum fabellam erigūt, diūq; ei sacra celebrantur, neq; eo virum accedere, nec domi adesse fas est, in eis sacrificijs ipsę inter se mulieres multa orphicis consentanea facere traduntur.

Bona Dea Ginecia

Cum igitur ea instant solemnia, vir ipse, seu pręturam, seu consulare gerat imperium,cunctique mares vna commigrant, vxor domum ornatissime exornat, ibi maxima sacrorum pars noctu peragitur promiscua iocis et cantibus loca, longas exercent vigilias, auctor Plutarchus. Cicero etiam in oratione pro haruspicum responsis hęc inquit,Quod quidem sacrificium nemo nisi P.Clodius omni memoria violauit, nemo vnquam adijt, nemo neglexit nemo vir aspicere non horruit, quod fit per virgi

nes Vestales, fit per populum Romanum, fit in ea domo, quę est in imperio, fit incredibili cerimonia, fit ei Deę, cui ne nomen quidem viros scire fas est. Peruersas comas, capillos confusos, et distur batos. Tam foedi pudoris, vt deprehendat puella, cum ornat caput. In nurus Parthas, in vxores Parthorum, hostes Romani nominis.

minus bona. Sunt plura, nam ex centum puellis plures turpes reperies, quam formosas, vel hoc dicit, quamuis sint aliquę formosę, tamen et ipsę arte nostra indigent, vt pulchriores fiant, quoniam plura sunt minus bona quam par sit. Compositum est, est tranquillum. Cessat, ab arte sua, et nauigandi peritia, sicut formosa mulier pręceptis nostris minus vtitur.

Quę male crinita ē, custodē in limine ponat,
Orneturue bonę semper in ęde Deę.
Dictus eram subito cuidam venisse puellę,
Turbida peruersas induit illa comas.
Hostibus eueniat tam foedi causa pudoros,
Inq; nurus Parthas dedecus illud eat
Turpe pecus mutilū, turpis sine gramīe cāpus.
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.
Non mihi venistis Semele, Ledeq; docendę,
Perq; fretum falso Sidoni vecta boue,
Aut Helene, quā non stulte Menelae reposcis,
Tu quoq; non stulte Troice raptor habes.
Turba docenda venit, turpes, pulchręq; puellę,
Pluraq; sunt semper deteriora bonis.
Formosę minus artis opē, pręceptaq; quęrūt.
Est illis sua dos forma sine arte potens.
Cum mare cōpositū est, securus nauita cessat,
Cum tumet, auxilijs assidet ille suis
Rara tamen mendo facies caret, occule mēdas,
Quaq; potes vitium corporis abde tui.
Si breuis es, sedeas, ne stans videare sedere,
Inq; tuo iaceas quantulacunq; toro.
Hic quoq;, ne possit fieri mensura cubantis,
Iniecta lateant fac tibi veste pedes.
Quę nimis est gracilis pleno velamina filo
Sumat, & ex humeris laxus amictus eat.
Pallida purpureis tingat sua corpora virgis,
Nigrior ad Pharij confuge piscis opem.
Pes malus in niuea semper celetur aluta,
Arida nec vinclis crura resolue tuis.
Conueniunt tenues scapulis Analectides altis,
Angustum circa fascia pectus eat.
Exiguo signet gestu quodcunq; loquatur,
Cui digiti pingues, & scaber vnguis erit.

Mutilū — Pecus mutilum, cō minutum, ē sine cornibus, vnde Plin. scribit mutilis capris ē lactis maiorem vbertatem. Frutex — Et sine fronde frutex, nā frutex virgultum est, qd ad iustā arboris magnitudinem non excrescit, et statura similis est multis herbis. Mulier sine capillis — Et sine crine caput, docet etiā Apuleius mulierem sine capillis minime placere, cuius verba, quoniā lepidissima sunt apposui. ita enī scribit. Si cuilibet eximię pulcherrimęque foeminę caput capillo spoliaueris, et faciem natiua specie nudaueris, licet illa cęlo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet inquam Venus ipsa fuerit, licet omni gratiarum choro stipata, et tota Cupidinū populo comitata, et baltheo suo cincta, placere non poterit, ne Vulcano suo. Nō mihi venistis Semele, non. hęc scribunt pulcherrimis, vt fuit Semele Cadmi Thebarum regis filia, aut Leda Helenę mater. Sidoni vecta boue, Europes fabula — Europem intelligit, quam ex Phoenicia raptam Iuppiter in taurum deformatus in Cretam deuexit, ex qua genuit tres liberos, Minoem, Rhadamanthum, Sarpedonem, eam postmodum Asterius prole carens duxit vxorem, et Iouis filijs adoptans, eos regni successores reliquit, vt auctor est Diodo. Sidon Sidones — Sidonis autem Europa dicitur a Sidone vrbe, quam a Phenicibus condita a piscium vbertate, quos Sidones vocant, appellatam scribit Iustinus. Troice raptor, Paris Troiane. Deteriora,

Pleno filo, pannus enim quo plenior est lanę, eo magis vestem efficit latiorem. Velamina, vestes. Laxus, minus angustus, fluxus. Purpureis virgis, sunt qui virgam purpuream eā accipiant, quā Pli. sanguineam appellat, plerique Sandycem intelligunt, cuius meminit Maro, quā tamen Plinius inter fictitios colores numerat. Alij purpurissum, sinopidem, et alios huiusmodi fictitios colores in tenues virgas redactos intelligunt, quod non placet. Virgas purpureas vaccinia intelligo, nam Plinius scribit vaccinia frutices esse in Gallia purpureos, idoneos ad tingendum, cuius verba hęc sunt. Non nisi in aquosis proueniunt salices, alni, populi, siler, ligustra tesseris vtilissima. Item vaccinia in aucupijs sata. Gallię vero etiam purpurę tingēdi causa ad seruorum vestes. De vaccinijs plura diximus in cōmentarijs Tristium Ouidij, q pro pediē edemus. Ad Pharij piscis opē, ad medicinā crocodili, qui nascit in Ægypto, cuius intestina crocodilea appellant, ea illita ex aq verna, tollit morbos oēs, quorum nā spit in facie, nitoreq; reddit, auctor Pli. Potes et d stercore crocodili itelligere, q puellę vtebant ad cutis nitorē. Mora. iā mācet horrida creta color stercore fugatus crocodili. Pes ma. turpis pes Aluta, calceo. Arida .c. macie tenuata. Analectides, Analectides sunt modici puluini, q vestibus aptari solent,

Crocodilea, et eorum vsus

Analectides

lent, ne humeri altiores videant, analigo .n. colligo et assumo figi, sunt qui legunt Amelundes. Fascia, quę olebat pectoralis. Scaber unguis, rubiginosus, asper immundus. Rictus, rictus e oris patefactio, tam fere, q hois, a ringo verbo declinatur. Perverso cachinno, turpi risu. Est .n. cachinnus solutior risus. Cic. de claris. Oratoribus. In utroq cachinno irridentium commovebar. Discunt posse minus, discunt blęsa verba pronunciare, quod negavit illis natura. Hęc monet arte latus, alia in incessu movet se mollius, cum par sit. Extensos pedes, quasi digitis pedum insistat. Illa velut coniunx, alia vero tocius incedit, ut videatur rustica, aut varicosa. Coniunx rubicunda, fortis uxor nec mollis. Umbri mariti, Umbri populi Italię fortissimi fuere, quos eorum foeminę in incessu imitabant. Ingentes gradus, ampliores gressus. Varica, qui varica. Vari seu vari ci dicuntur, qui obtortis introrsus cruribus, aut pedibus se parans, et distortis ambulant. Persius. Non fallit pede regula varo. Pli. etiā scribit varos, Varus, Varenos, Vatinios a cruribus appellatos. Hic ergo foeminam divaricantem et promouentem gradus enormes, varicas elegantes appellat poeta. Significat .n. divaricare prolatare et promouere. Rustica alter ingens gradus designat. Alter erit mollior, eam denotat, quam dixit movere arte latus. Hoc vos precipuę niveę decet, ordo est, O niveę hoc pcipuę decet vos. O niveę, o puellę candidę. Monstra maris Sirenes erant, puellas admonet ut cantare discant. Sirenes autem fuerunt Acheloi et musę Calliopes, vel (ut alii malunt) Terpsicores filię, numero tres. Parthenope, Leucosia et Ligia, quarum una voce, alia cithara, altera tibys vtitur. Habent vultus virgineos, et vocem humanam, reliquum corpus in volucrē desinit, ut Ovid. in .vi. Metamor. scribit. Has aiūt cantus dulcedine naues detinere solitas, et sic plures homines mergere, quare cum Ulysses ante eorum littora nauigaret, sociorum aures cera obturauit, et illesus euasit. Martia. Sirenes hilarem nauigantium poenam, Blandasque mortes, gaudiumque crudele. Quas nemo quōdam deserebat auditas, Fallax ulysses dicitur reliquisse. Eas scribit Eusebius meretrices fuisse solitas nauigantes decipere. Habitauerunt autem sirenes i tractu Pelorio. Alij eas ad Sirenusas insulas ponunt, quę plusq duo millia ab sunt stadiorum. Scopulus quidam longus est et angustus cubitus a nole deductus, ad capreat fretus locis extenditur, altero ex montis latere. Sirenum sacellum hñs, ex altero ad Possidoniatem sinum parue tres adiacent insulę deserte, petrosę, quas Sirenusas vocant, auctor strabo. Pli. scribit Surrentū cum promontorio Mineruę Sirenum quondā sedem fuisse. Idem etiā Papinius ita. cecinit. Est inter notos sirenum nole muros. Saxaque Tyrrhenę templis onerata Minerue, et Ovid. in. xiiij. Meta Terrasque calentis Sulfure fumātes, Acheloidūque relinquit Sirenum scopulos. Sisyphides, Ulysses Sisyphi filius, qui Anticliam Laertę desponsatam violauit, ex eoque Ulyssem peperit, unde apud Ovi. Aiax ita loquitur. Quid sanguine cretus Sisyphio furtisque, et fraude simillimus illi. Inferis Aeacidę alienę nola gentis. Pene resoluit corpa etc. .n. malo nauis

Cui grauis oris odor, nunquā ieiuna loquatur,
Et semper spatio distet ab ore viri.
Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus
Dens tibi, ridendo maxima damna feres.
Quis credat? discunt etiam ridere puellę,
Quęritur atque illis hac quoque parte decor.
Sint modici rictus, sint parvę utrinque lacunę,
Et summos dentes ima labella tegant.
Nec sua perpetuo contendant ilia risu,
Sed leue nescio quid, foemineumque sonent.
Est, quę peruerso distorqueat ora cachinno,
Cum risu lęta est altera, flere putes.
Illa sonat raucum quiddā, atque inamabile ridet,
Ut rudit a scabra turpis asella mola.
Quo nō ars penetrat? discūt lachrymarī decēter.
Quoque volunt plorant tempore, quoque modō.
Quid, cum legitima fraudatur littera voce?
Blęsaque fit iusso lingua coacta sono?
In vitio decor est, quędā male reddere verba.
Discunt posse minus, q potuere, loqui.
Omnibus his, quoniam prosunt, īpēdite curā.
Discite foemineo corpora ferre gradu.
Est & incessu pars non temnenda decoris,
Allicit ignotos illa, fugat viros.
Hęc mouet arte latus, tunicisque fluentibus auras
Excipit, extensos fertque superba pedes.
Illa, velut coniux Umbri rubicunda mariti
Ambulat, ingentes varica fertque gradus.
Sed sit, ut ī multis, modus hic q̄ rusticus alter
Motus in incessu, mollior alter erit.
Pars humeri tamen ima tui, pars sūma lacerti
Nuda sit, a lęua conspicienda manu.
Hoc vos precipue niueę decet, hoc ubi vidi,
Oscula ferre humero, qua patet usque, libet.
Mōstra maris Sirenes erant, quę voce canora
Quaslibet admissas detinuere rates.

Cachinni
Umbri
Varici
Sirenes
Sisyphus

alligabis. Illita cęra, Circes consilio, ne cãtus suaui tate cogerẽt exilire. Referant audita, cantent q̃ vidicere. Carmina lusa, carmina composita.

cãtilenę Aegyptię et Gaditanę

Modis Nil. canticis Aegyptijs. cantilenę nanq; Aegyptię, et Gaditanę, ob lasciniã maxime placebant. Mar. Cãtica qui Nili, qui Gaditana susurrat, et alibi. Ederi lascinos et Betica crusmata gestus, Et Gaditanis ludere docta modis.

Plectrum,

Nec plectrum, plectrum est instrumẽtum citharędi, quo chordę plectunt. i. p cutiunt, vt scri. Dõa. Mart. Exorient docilez garrula plectra lyram. Rhodopeius

Orpheus

Orpheus, Threicius. Fuit. n. Thrax genere vt Diod. scribit, filius Oeagri, et Calliopes, doctrina melodiaq; adeo excelluit, vt nõ immerito feras, arbo resq; ad se audiendũ alliceret, nauigauit cum Argonautis, atq; ob amorem vxoris ad inferos descẽdẽs a Proserpina sua uitate cantus impetrauit, vt defunctam vxorem ab inferis excitaret, ut in. iiij. Georg. elegantissime cecinit Maro. Hora. Siluestres homines sacer, interpresq; Deorũ Cędibus, et victu foedo deterruit Orpheus, dictus ob h lenire tigres, rapidosq; leones. Saxa tuo cantu, Iuppiter in Satyri formam (vt Oui.

antiopes fabula

scribit) Antiopam Nictei filiam, vel Asopi, secundum Homerũ, compressit, quę irã paternam verita ad Epopeum regem Sycioniũ se contulit, vbi

Zetus et amphiõ

Zetum, et Amphionem peperit, quos pastor educauit. Nicteo deinde mortuo ob dolorem amissę filię eius frater Lycus ducto exercitu Epopeum occi

Dircęus fons

dit, Antiopemq; abduxit, quã Dircę vxori custodiẽdam tradidit. Ea cum fugisset, filios ad vlciscendã Dircem impulit, hi eã reuinctã taurorũ siluestriũ caudis laniarunt ad eum locum, qui fontis Dircęi ab ea nomen accepit. Vnde non immerito Oui. Ampohionem mris vindicem appellauit. Euse. scribit Amphionem Thebis regnasse, et cantu citharę saxa mouisse, qm̃ auditores erãt duro corde. Scribit etiam Solinus cum Thebas condidisse, non q lyra saxa duxerit, sed q affatus suauitate hoĩes rupium incolas, et incultos moribus rudes ad obsequij ciuilis disciplinã pellexisset. Fecerũt muros,

Muri thebani

Thebanos enim muros lyra struxisse di Amphiõ. Hora. dictus et Amphion Thebanę conditor arcis Saxa mouere sono testudinis, et prece blanda Du

Arion

cere quo vellet. Quamuis mutus erat, Arion vetus et nobilis cantator fidibus fuit. Nota est fabula Herodoti, Plinij, Hyginij, Solini, et Gellij monumentis, et Ouid. carmine in. ij. Fast. Stra. in. xiij. scribit Arionẽ a prędonibus in mari obrutum fuisse.

His sua Sisyphides auditis pene resoluit
Corpora, nam socijs illita cęra fuit.
Res est blanda canor, discant cantare puellę,
Pro facie multis vox sua lena fuit.
Et modo marmoreis referãt audita Theatris,
Et modo Niliacis carmina lusa modis.
Nec plectrũ dextra, citharam tenuisse sinistra
Nesciat, arbitrio foemina docta meo.
Saxa, ferasq; lyra mouit Rhodopeius orpheus
Tartareosq; lacus, tergeminumq; canem.
Saxa tuo cantu vindex iustissime matris
Fecerunt muros officiosa nouos.
Quamuis mutus erat, voci fauisse putatur
Piscis, Arionię fabula nota lyrę
Disce etiam duplici genialia nablia palma
Vertere, conueniunt dulcibus illa iocis.
Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poetę,

Nablium

Disce et duplici genialia nablia palma Vertere, Nablium siue naulium instrm est musicum, qd ne barbarũ obtinet vocabulum, vt in. x. docet Stra. Suidas et scribit psalterium organum esse musicum, qd Naula et uocat.

Psalterium

Genialia, voluptuosa, delectãtia. Iuu. Genialis agatur iste dies. Sit tibi Callimachi, Callimachus (ut Strabo scri.) pgenitorẽ habuit Battũ, qui Cyrenẽ cõdidit, poeta simul et grammaticę studiosus, cui primas i elegia tribuit Quintilianus. Coi

Callimachus

poetę, Philetas (ut refert Stra.) poeta simul, et antiquorum scriptorũ cẽsor, ex Co insula, cõfessione plurimorũ (ut est auctor Fab.) secũdas tenuit i Elegiaco carmine.

Philetas

Teia musa, Anacreon poeta Lyricus (auctor Stra.) Teon pñam habuit, quem Plin. scri. acino uuę passę strangulatũ. Vina si senis, bibatis Anacreontis. Ouid. Quid nisi cũ multo Venerez compescere uino Pręcepit lyrici Teia musa senis. Nota sit et Sappho, Sappho Mitylenęa cum Alcęo claruit, cui minima parte poeticę nullam foeminã comparandam scribit Stra. Scripsit enim. Elegias libros Lyricos nouem, Epigrammata, Iambos, et Nenias. Carmen inuenit, quod a se Sapphicum denominauit, prima etiam plectrum reperit. Huius poemata legenda suadet Ouid. quę lasciua erant, unde etiam in Tristibus ita scribit. Lesbia qd docuit Sappho, nisi amare puellas et Hora. Viuuntq; commissi calores Aeolię fidibus puellę. Cui ne pater uafri. Terentiũ inuit, qui in Phormione Getam inducit Chremetẽ et Demiphonem senes fallentem. Sane Geta nomen est seruile, seruos enim prisci a populorũ nominibus, unde ue hebantur, appellabant, ut Lydũ, Syrum, Getas, Dauum ex Dacis, qui olim Daui uocati sunt, auctor Stra. Carmen legisse Propti Propertium Fabius refert a qbusdam Tibullo anteponi. Sine aliquid Galli, Cornelius Gallus Foroiuliẽsis fuit, Euphorionem in latinum transtulit, et ut Ser. scri. de Cytheride Volumnia liberta, et a se amata scripsit libros iiij. Hic primus (ut testis est Eusebius) tenuit Ægypti puinciam Romanam factam ab Augusto, et seipm interemit, qm̃ (ut Tranquillus scri.) ob ingratum alum, illi domo, et puincijs suis interdixit Augustus, dicente Ouidio in amoribus. Sãguinis atq; aię pdige Galle tuę. Enim Fab. scri. Tibullo et Pro

Anacreon

Sappho

Sapphicum carmen

Terentius

Serui cognomina

Propertius

Cornelius Gallus

Sit quoq; vinosi Teia musa senis.
Nota sit & Sappho, quid enim lasciuius illa?
Cuius pater vafri luditur arte Getę.
Et teneri possis carmen legisse Properti,
Siue aliquid Galli, siue Tibulle tuum.
Dictaq; Varroni fuluis insignia villis
Vellera germane Phrixe querenda tuę.
Et profugum Aenean, altę primordia Romę,
Quo nullum latio clarius extat opus.
Forsitan & nostrum nomē miscebitur istis.
Nec mea lethęis scripta dabuntur aquis.
Atq; aliquis dicet. nostri lege culta magistri
Carmina, queis partes instruit ille duas.
Deq; tribus libris, titulus quos signat Amorū:
Elige, quos docili molliter ore legas.
Vel tibi composita cantetur Epistola voce,
Ignotum hoc alijs illa nouauit opus.
O ita Phębe velis, ita vos pia numina vatis,
Insignis cornu Bacche, nouemq; Deę.
Quis dubitat, quin scire velim saltare puellas?
Vt moueat posito brachia iussa sono?
Artifices lateris, scęnę spectacula, amantur,
Tantum mobilitas illa decoris habet.
Parua monere pudet, talorum dicere iactus
Vt sciat, & vires tessera missa tuas.

pertio duriorē fuisse. Dictaq; Varroni. Eusebius chronographus Varrones duos fuisse scri. alter Terētius Varro appellatus, Philosophus pariter, et poeta, Romanorū omnium (vt Fabius auctor est) eruditissimus, linguę latinę peritissimus, & oīs antiquitatis, & rerū grecarū, nostrarumq;, plus tū scientię collaturus, q̄ eloquentię, cuius viuētis imaginē Romę posuit Asinius Polio in bibliotheca, q̄ primā ī orbe de manubijs publicauit, vt plini. docet. Alter fuit P. Terētius Varro Attacinus, ab Attace vico Narbonēsis puincię, vbi natus est, qui xxxv. agēs annū grecas līas didicit, transtulitq; in latinus libros quatuor Apollonij Rhodij, in suū opus de argonautis, vnde Fabius eū appellauit interpretē alieni operis. celebrauit et nonnunq̄ Elegis versibus amicā Leucadiā, dicēte Propertio. Hęc quoq; pfecto ludebat Iasone Varro, Varro Leucadię maxima flāma suę. De hoc nunc loquit Oui. Tuę germanę, quę ex ariete vellere aureo insigni decidit, qd' postea in tēplo Martis in Colchide fixū Argonautę abstulerūt. Et pfugū Æneā, non porro fugatū, sed errantē

Varro- nes duo.

Virg. aūt designat, q(vt Fabius scri.) apud nos auspicatissimū, vt apud Grecos. Homerus. dedit ex ordinē. Idē scri. Interrogātū sibi Dominū Afrū quem crederet Homero maxime accedere, eū rndisse, sm esse Virgi. ppiorē tū primo, q̄ tertio, in altero. n. fuit plus curę, et diligentię, in altero vero plus diuinitatis et copię. Eū tū Propertius Gręcis, et Latinis scriptoribus anteponit. Forsitan et no. Oui. (vt testis est Fabius) fuit lasciuior Tibullo, et Propertio.

Virg.

Aquis le. obliuioni. Aqua enim lethęa obliuionem inducit. Mart. Pigra per hunc fugiens ingratę flumina lethes. Duas per. viros et foeminas. Deq; tri. lib. libros tres Amorum ad Corinnam intelligit. Epistola, quę in amoribus prima est, in ea enim scribit. Ouid. se. v. libris de preceptis amatorijs, et de remedio prepofuisse tres ad Corinnam. Ita enim inquit. Qui modo Nasonis fueramus quinq; libelli. Tres sumus, hoc illi pretulit auctor opus. Illa, Epistola prima in amoribus. Nouauit, iterum commemorauit. Hoc opus ignotum, hęc precepta amatoria, quę alij minus norant me composuisse. Ita velis, vt legatur, et cantetur nuum opus. Insignis cornu, Baccho enim cornua tribuuntur, cuius rei causam assignabimus. Brachia iussa, brachia sono apte se accommodantia. Artifices lateris, Histriones latera in Scęna concinne mouentes, quę tanta est difficultas vt scribit in Oratore Cice. Roscium initium discipulum in ea arte, quem probet reperisse neminē. Ars autem Histrionica adeo olim Romę claruit vt Clodius Æsopus Histrio Tragicus ex eo quęstu patinam sexcentis sestertijs insignes fecerit, in qua posuit aues cantu aliquo, aut sermone humano vocales, et eius filius Clodius relictus ab eo in amplis opibus hęres, vniones in coena magnę taxationis deuorauit, vt auctor est Plinius. Talorum dicere iactus, tesserę habent sex latera et quadratę sunt, has cubos appellari Gellius refert, tali vero a tesseris forma longe erant dissimiles, habebant enim. iiij. latera, et pro vario iactu varia puncta dabant, his iam non vtimur. In ludo talario tali. iiij. adhibebantur, In tesserario vero tres tantummodo, vt hodie etiam fieri videmus, vnde Mart. ita scribit. Non sum talorum numero par tessera. Quam subeat partem, cui sit perdendi periculo subiecta. Quamq; vocet, quot puncta cupiat ad obtinendam victoriam. Latronum prelia, calculorum ludum intelligit. Vnus cum gemino, caute ludendum est, cum scilicet latrunculus vnus cum duobus hostibus pugnam capessit, & obsidet. Bellatorq;, quē equitem regē appellant in calculis. Sunt qui intelligi malunt eqtes. Sine suo compare, sine eo latrunculo, quē in eo ludo reginā nolant, alij vero equitem collusoris accipiūt. Reticuloq; pilę, reticulū appellat alueolū, vbi calculus ludit signatū in retis formā, pilā vero eā accipe, quā pedinē in calculis dicunt. Fundantur,

Aqua lethęa

Histrionicę artis difficultas

Quęstus artis Histrionicę

Tesserę Cubi Tali

Et modo treis iactet numeros, mō cogitet apte
  Quā subeat partē callida, quamq; vocet.
Cautaq; nō stulte latronum prelia ludat,
  Vnus cum gemino calculus hoste perit.
Bellatorq; suo prensus sine compare bellet,
  Aemulus inceptum sepe recurrat opus,
Reticuloq; pile leues fundantur aperto,
  Nec, nisi quam tollas, vlla monenda pila est
Est genus in totidem tenui ratione redactum
  Spicula, quot menses lubricus annus habet.
Parua tabella capit ternos vtrinq; lapillos,
  In qua vicisse est continuasse suos.
Mille face esse iocos, turpe est nescire puellam
  Ludere, ludendo sepe paratur amor.
Sed minimus labor est sapiēter iactibus vti,
  Maius opus mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti, studioq; aperimur ī ipso
  Nudaq; per lusus pectora nostra patent.
Ira subit, deforme malum, lucriq; cupido,
  Iurgiaq;, & rixe, sollicitusq; dolor.
Crimina dicuntur, resonat clamoribus ether.
  Inuocat iratos et sibi quisq; Deos.
Nulla fides tabulis, que nō per vota petuntur,
  Et lachrymis vidi sepe madere genas.
Iuppiter a vobis tam turpia crimina pellat,
  In quibus est vlli cura placere viro.
Hos ignaua iocos tribuit natura puellis,
  Materia ludunt vberiore viri.
Sunt illis, celeresq; pile, iaculumq; trochiq;,
  Armaq;, & in gyros ire coactus equus.
Nec vos cāpus hēt, nec vos gelidissima virgo,
  Nec Thuscus placidis deuehit amnis aquis.
At licet, & prodest Pompeias ire per vmbras,
  Virginis etherijs cum caput ardet equis.
Visite laurigero sacrata palatia Phebo,
  Ille Paretonias mersit in alta rates.

Purgantur in alueolo, et ducuntur semel tantum Quam tollas, quam rapias aduersario, legitur etiam Qua tollas. i. nulla tua pila mouenda est, nisi cum ea calculum collusoris tollere volueris, alioqui post primum motum semper est immobilis. Est genus in totidem, ludum eū designat, qui cōstat ex. xij. calculis. Parua tabella, hoc etiam ludo vtuntur vulgo plerique hac tempestate, qui. n. prius in tabella tres calculos apte locarit, is collusori vnum adimit. Mille face et iocos, iocum poetico more pro ludo posuit. Sed minimus labor est, vitia designat, que in huiusmodi ludis deteguntur. Nulla fides tabulis, non est fidendū alee. Que non per vota petuntur, que non habuerint Deos fautores. Genas, ludentium sinistris Dijs. Tam turpia crimina, vt ludi gratia plorandū sit. Ignaua natura, ignauam ideo nām appellat, q hmōi ludi nullam hn̄t corporis exercitationē. Materia vbe. magis vtili. Celeresq;

Pile ludus

pi. vtebantur. n. pila, quā paganicam appellabant, erat et pila trigonalis, et follis, vt ostendit Mart.

Iaculi exercitatio

Iaculūq;, iaculo et exercebant Romani quod ostendit Hora. eo versu. Nec iam liuida gestat in armis Brachia sepe disco. Sepe trans finem iaculo Nobilis expedito. Trochiq;, Tro-

Trochus

chus instrumentum erat, quod ludentibus pueris scutica agitabatur, & rotabat vt scribit Acron. Ea autem pueros quosdam ludere solitos vidimus. Marti. Induenda rota est das nobis vtile munus. Iste trochus pueris, at mihi cātus erit, et alibi. Garrulus in laxo cur annulus orbe vagatur. Cedat, et argutis obuia turba trochis. Propertius. Increpat et versi clauis adunca trochi. Hora. Trochum grecum appellat in odis, quoniā trochos rotam significat. Armaq;, quibus exercebantur iuuenes. Hora. Nec iam liuida gestat in armis brachia. In gy. in circuitus. Tangit autem eam exercitationem, qua iuuentus Romana equis vti discere solebat. Hora. Cur neque militaris inter equales equitet Gallica nec lupatis tempe ret ora frenis. Eius āt exercitationis laus erat, vt equus in gyrum flecteretur. Virgi. Carpere mox gyrum incipiat, et Tacitus scribit Germanorum equos nec forma, nec velocitate conspicuos, sed nec variat gyros in morem Romanum doceri.

Equorum gyrus

Nec vos cā. ha. Campi Martij (vt auctor est Strabo) admirabilis erat magnitudo, suppeditabat enī3 curules pariter cursus, et alia equestria certamina expedita, nec minus tam multis, pilam, trochum, palestram exercitatiōe tractantibus.

Campi Martij certam.

Gelidissima virgo, aquā virginem intelligit, a virgine, que eius fontem indicauit, ita appellata, vt Frontinus docet. Plin. tamen in xxxi. virginem aquā ideo appellatam scribit q labens in Prenestina via, cum ad Herculaneum riuus peruenit, eum refugit, quasi congressus Herculis fugiat. Idem scribit eam tactu prestare ceteros amnes, quoniam in ea natabant commodius Papinius. Atq; excepturu natatus virgo iuuat. Nec Thus. pla. Thuscum ideo Tyberim nominat, quoniam ab appennino defluens per Thusciam Romam defertur, q autem in Tyberino etiam flumine natarent iuuenes Romani docet Hora. eo versu. Cur timet flauum Tyberim tangere. Pompeias ire per vmbras, de portio Martio diximus in pmo. Porticus Pompeij

Aqua virgo

Tyberis Th[illegible]

que erat in cãpo Martio diximus in primo. Pro
pertius, scilicet vmbrosis sorde Põpeia columnis Por
ticus auleis nobilis Attalicis. Virginis ethe. estatē
Sol i virgine designat, nã Sol p Cãcrũ et Leonē trãsiẽs et Virgi
nē, estatē efficit, vt antea docuimus ex sñia Hygi
nij. Scribit Columella. xiij. Kalẽda. septẽbris Solē in
Virginē trãsitũ facere
et hoc, et sequenti die
tẽpestat. significare,
tonitrũ et tonare. Sa
crata pa. Palatinum
collē consecratũ Apol
lini, cui tẽplum in eo
Augustũ erexisse di
ximus, cuius memi
nit Oui. in. iiij. Fast.
Phębo laurigero,
Apollini laurea gerẽ
ti coronã. Paretoni
Paretonium as, Ægyptias. Est n Pa
retonium vrbs Ægy
pti in ora maritima
et portus ingẽs. xl. fe
Porticus Octauia re stadiorũ. Hanc alij
Paretoniũ, alij Am
Porticus Liuia monia vocant, in au
ctor ẽ Stra. Intelligit
Agrippa Augusti gener autẽ Apollinẽ, qui in
pro apud Actiũ con
tra M. Anto. et Cleo
Naualis corona patram fauit Augu
Virg. Actius hec cer
nens arcum intẽdẽ
bat Apollo, nota est
historia Plutarchi i
monumẽtis.

Queq; soror, cõiuxq; ducis monumẽta pararũt
Naualiq; gener cinctus honore caput.
Visite thuricremas vaccę Mẽphitidos aras,
Visite conspicuis terna Theatra locis.
Spectentur tepido maculatę sanguine harenę,
Metaq; feruenti circumeunda rota.
Quod latet, ignotum est, ignoti nulla cupido,
Fructus abest, facies cum bona teste caret.
Tu licet, et Thamyrã superes, atq; Orphea cãtu
Non erit ignotę gratia magna lyrę.
Si Venerem Cois nunquam pinxisset Apelles,
Mersa sub ęquoreis illa lateret aquis.
Quid petitur sacris, nisi tantum fama poetis?
Hoc votum nostri summa laboris habet.
Cura ducum fuerant olim, regumq; poetę.
Premiaq; antiqui magna tulere chori.
Sanctaq; maiestas, et erat venerabile nomen
Vatibus, et largę sępe dabantur opes.
Ennius emeruit Calabris in montibus hortos
Contiguos pene Scipio magne tuis.

Queq; soror, porticus Octauiã dicit
ita appellatam ab Octauia sorore Augusti. Con
iux ducis, Liuiã porticum a Liuia vxore Augusti,
vt docet Sueto. cognominatã accipe. Naualiq;
ge Agrippã Augusti generũ dicit, eius enim filiam
Iuliã duxit vxorē, illũ Augustus nauali corona do
nauit (vt Pli. scribit) post debellatũ Põpeiũ in Sicilia.
Idē docet Seruius in Octauo Æneidos. Erat autem
naualis corona (vt Gellius docet) qua donari solet
marittimo prelio, qui primus in hostiũ nauē vi ar
matus transiluit, ea quasi nauiũ rostris insigni
ta erat. Visite thuri. de tẽplo Isidis repete que di
ximus in primo. Vaccę Mẽphitidos, Isidis Ægy
ptię quõdam in vaccã mutata apud Ægyptios cole
bat. de Mẽphi vrbe abũde dictũ est in primo. Ter
na thea. ea i cãpo pximo cãpo Martio fuisse do
cet Strabo. Vñ hic cõspicuis locis addidit Oui. Erant
enim eo in loco alia preclara edificia. Sangui
ne, gladiatorũ cruore. Metaq; fer. ludos Circenses
dicit, de quibus in primo diximus. Facies bo. pul
Thamyras chra facies. Caret te. nõ videt. Tu li et, Thamy
ras philamõis filius rediẽs ex vrbe Æthalia, cũ mu
sas habuisset obuias, scietia cãtandi gloriabundus
affirmauit se eas superaturũ, si secũ certare aude
rẽt, ad quã insolẽtē vocē filię Iouis stomachatę et
modulationē, et pulsandę citharę peritiã ē eum

hois sensum abstulerunt. Hec Home. in. ij. Iliados.
Diodo. eũ lyra et cãtu tñ priuatũ scribit. Latini ve Apelles
ro occęcatũ fuisse dicũt. Si Ve. Cois, sunt qui le Cous
git Cois. Appelles ex Epheso (vt voluit Stra.) vel ex
Co Insula, vt Oui. olympiade cẽtesima. xij. floruit in
pictura solus plura q̃ cęteri oẽs pariter voluminibus
editis, que doctissimas
eam parabant. illi p
petua cõsuetudo fuit
nunq̃ tã occupatam
diem agidi, vt nõ li
neã ducẽdo exercerēt
artē, a nullo alio, q̃
ab Apelle pingi volu
it Alexãder magnus
Hic pinxit Venerem
exeuntẽ e mari, quã
Diuus Augustus de
dicauit i delubro pa
tris Cęsaris, que Ana
diomene vocatur, cõ
senuit hec tabula ca
rie, aliãq; pro ea Ne
ro in principatu suo
substituit Dorothei
manu. Apelles incho
auerat aliã Venerem
Cois superaturus etiã
illã priorem, inuidit
mors peracta parte,
nec q̃ succederet operi
ad prescripta linea
menta inuentus est, De Venere Ausonii epigrãma
auctor Pli. De Venere
Apellea extat Auso
nii Epigrãma, quod cũ alijs plerisq; Mediolani nu
per repertũ a Georgio Merula nostro, elegantissi
mus poeta Franciscus Nursius Veronensis e secre
tis inclytę reginę Cipri mihi ostẽdit, id est huiusmõi.
Emersas pelagi nup genialibus vndis Cyprin, Apel
lei cerne laboris opus. Vt cõplexa manu madidus
salis ęquore crines Humidulis spumas stringit vtra
q; comis. Iã tibi nos Cypre Iuno inqt, et innuba
Pallas Cedimus, et formę pmia deperimus, ē Oui.
alibi ita cecinit. Vt Venus artificis labor est, et glo
ria Coi Æquoreo madidas, q̃ premit imbre comas
Illa lateret, nõ videretur egredi e mari, vt Apel
les pinxerat. Hoc vo. vt fama vigeat. Cura du. Horati
us quoq; cẽdit poetas olim fuisse in pretio, eo ver
su. Sic bonor et nomē diuinis vatibus atq; Carmi
nibus venit, et paulopost ait. Et vitę mõstrata via
est et gratia regũ Pierijs tentata modis, ludusq; reper
tus. Pausanias quoq; libro primo ita scribit. Versa
bant igit ea quoq; tẽpestate cũ regibus poetę: et an
te eam memoriam Anacreo cũ Polycrate tyrãno
Samio familiariter vixit, Syracusasq; ad Hieronē
Eschylus, Simonidesq; missi fuũt cũ Dionysio, qui
postea in Sicilię tyrãnide successit, Phyloxenus cum
Antigono Macedonũ principe, Antagoras Rhodi
us et Aratus Solensis. Ennius emeruit. Q. Ennius
in Calabria Rudiis (vt est auctor Stra. et Mela) pa Q. Enni.

2. triã habuit. Silius in .xij. de eo Ita scri. Miserunt Calabri, Rudiẽ genuere vetustę. Scripsit primus apud Latinos versu heroico annales (vt Gellius refert) quibus bella Italię cecinit, et secundus bellum Punicũ in gratiã Scipionis carmine minus polito, nã ingenio valuit, sed arte caruit, vt cecinit Ouidius. Africanum Maiorem mirifice coluit, a quo multis muneribus donatus est, cum Scipione Asianco in Asiam profectus est, et cum Fuluio nobiliore in Ætholiam post lxx annum (vt scribit Eusebius) perijt morbo articulari, quem nimio vino contraxerat, sepultus fuit in Scipionis monumẽto via Appia, vt etiam Cicero testatur. Scribit etiam Plinius priorem Africanum Q. Ennij statuam sepulchro suo posuisse, viuens sua virtute donatus est pulcherrimis horis. Fuit et paulo post alter Ennius Tarentinus, qui de litteris, syllabis, et metris libellum edidit, et volumina de augurandi disciplina. Contiguos pene, pene vltimam habet breuem apud Virgilium eo versu. Pene simul tecum solatia rapta. Menalca, hic vero Ouidius produxit. Sunt qui hos duos versus ita legãt. Ennius emeruit Calabris in montibus ortus Contiguus poni Scipio magne tibi., vt sit sensus, Ennius natus non in celeberrimis vrbibus, sed in montibus Calabrię propria virtute meruit tumulari in Scipionis sepulchro, nam quod hortus Ennius acceperit ob artem poeticam vicinos Scipionis hortis, nusq̃ legitur. Ilias opus, Iliados, qd Homerus I. xiiij lib. digessit. Quis Danaen nosset, Acrisius Arginorum rex vnicam habens filiam Danaen (vt Lactantius scrib.) accepit se periturũ manu eius, qui ex filia nasceretur, vnde filiam in turri clausit, Iuppiter in aurum versus, ex tegulis in gremiũ puellę recidit, pręgnansq; facta est, quod pater intelligens, in arcam clausam in mare abijci iussit, illa in Italiã delata inuenta a piscatore cũ Perseo, quẽ enixa fuerat, et oblata regi, ab eo vxor accipitur, cũ qua etiam Ardeã condidit, auctore Seruio.

Ennius Tarentinus

Nunc heredę sine honore iacẽt, operataq; doctis
Cura vigil musis, nomen inertis habet.
Sed famę inuigilare iuuat, qui nosset Homerũ,
Ilias ęternum si latuisset opus?
Quis Danaen nosset, si semper clausa fuisset?
Inq; sua turri si latuisset anus?
Vtilis est vobis formosę cura puellę
Sępe vagos extra lumina ferre pedes.
Ad multas lupa tendit oues, prędetur vt vnã,
Et Iouis ad multas deuolat ales aues.
Se quoq; det populo mulier speciosa videndã,
Quem trahat, e multis forsitan vnus erit.
Omnibus illa locis maneat studiosa placendi,
Et curam tota mente decoris agat.
Casus vbiq; valet, semper tibi pendeat hamus,
Quo minime credis gurgite, piscis erit.
Sępe canes frustra nemorosis montibus errant
Inq; plagas nullo ceruus agente cadit. (Cta,
Quid minus Andromache poterat sperare reuin
Quam lachrymas vlli posse placere suas?
Funere sępe viri, vir quęritur, ire solutis
Crinibus, et fletus non tenuisse, decet.
Sed vitate viros cultum, formamq; professos,
Quiq; suas ponunt in statione comas.
Quę vobis dicunt, dixerunt mille puellis,
Errat, et in nulla sede moratur amor.
Foemina quid faciet, cum vir sit leuior ipsa?
Forsitan et plures possit habere viros?
Vix mihi credetis, sed credite, Troia maneret
Pręceptis Priami si foret vsa senis.
Sunt qui mendaci specie grassantur amoris,
Perq; aditus tales lucra pudenda petunt.
Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo
Nec breuis in rugas cingula pressa suas.
Nec toga decipiat filo tenuissima, nec si
Annulus in digitis alter, et alter erit.
Forsitan ex horum numero cultissimus ille,
Fur sit, et vratur vestis amore tuę.

Inq; sua turri, sic etiã Horatius. Inclusam Danaen turris ahenea, Robustęq; fores et vigiliũ canũ. Sępe canes. Per simi. venatoris exẽplo docet foeminas plerunq; amatores inuenire, quos nõ quęrũt. Cadit in retia, nullo agente. Quid minus Andro. nunq̃ inqt sperabat Andromache auxiliũ Persei. Fabula superius dicta est. Funere sę. v. vir q̃ri. sępenumero puella mariti mortẽ deplorans in funere virũ aliũ inuenit. Solutis crini. de more plorantiũ in funere, id est fieri solebat, cũ ĩ aduersis Deos orabãt. Virgĩ interea ad templum nõ ęq̃ Palladis ibãt. Crinibus Iliades passis, et Liuius. Stratę passis mĩres crinibus tẽpla verentes veniã irarũ cęlestiũ finẽq; pesti exposcũt. Sed vitate viros, molles ẽ cynędos dicit. In stabo. co. ex eorũ sñia qui dicebãt comatos oẽs cynędos esse. Et in nul. semo. am. q̃ sunt instabiles. Plures vi. qui eum tanq̃ mollẽ patiãt. Troia ma. docet puellas Priami exẽplo nõ adulescentibus credendum esse, sed maioribus natu. Pręceptis Priami, qui suadebat reddendã esse Helenam. Perq; aditus tales, per speciem ficti amoris. Lucra pudenda petunt, simulant se vos amare, sed nihil

Redde meum clamant spoliatę sępe puellę,
Redde meum, toto voce boante foro.
Has Venus e templis multo radiantibus auro
Lęta videt lites, Appiadesq; Deę.
Sunt quoq; non dubia q̄dā mala noīa fama,
Deceptę a multis crimen amantis habent
Discite ab alterius vestris timuisse querelis,
Ianua fallaci ne sit aperta viro.
Parcite Cecropides iuranti credere Theseo,
Quos faciet testes, fecit & ante Deos.
Et tibi Demophoon Thesei criminis hęres
Phyllide decepta nulla relicta fides.
Si bene promittent, totidem p̄mittite verbis,
Si dederint, & vos gaudia pacta date.
Illa potest vigiles flamas extinguere Vestę,
Et capere e templis Inachi sacra tuis,
Et dare mista viro tritis aconita cicutis,
Accepto Venerem munere siqua negat.
Fert animus p̄pius consistere, supprime habenas
Musa, nec admissis excutiare rotis.
Verba vadum tentent abiegnis scripta tabellis
Accipiat missas apta ministra notas.
Inspice, quodq; leges, ex ipsis collige verbis,
Fingat, an ex animo, sollicitusq; roget.
Postq; breuē rescribe morā, mora sp̄ amātes
Incitat, exiguum si modo tempus habet.
Sed neq; te facilem iuueni promitte roganti,
Nec tamen edure, quod petit ille, nega.
Fac timeat, speretq; simul, quotiesq; remittes,
Spes magis hic veniat certa, minorq; metus.
Munda sed e medio, consuetaq; verba puellę
Scribite, sermonis publica verba placent.
Ah quoties dubijs scriptis exarsit amator,
Et nocuit formę barbara lingua bonę.
Sed quoniam, quāuis vittę careatis honore,
Est vobis vestros fallere cura viros.

aliud a vobis petunt q̄ dedecus vestę. Liquido nar. Nardinū vnguentū nardinū vnguentum alio noīe Pli. foliatum appellat, quod vnguentarij ex spica nardi celebrāt, laudatur syriacū a Pli. Nascebat & Nardus in Cilicia radice nigra, et odorata, vt est auctor Diosco. Spica cilissa vnde spicam cilissam in Fastis appellat Oui. Nec breuis in rugas, nec q̄ vestis rugas idustria locatas astringit tam q̄ mollis. Filo tenuissima, ex tenui lana. Et vrat, et angatur, q̄ non possit vestem tuā furari. Voce boante, clamante. Has Venus, Venerē genitricem intelligit, de qua dictus est in primo. Appiades Deę Appiadesq; Deę, Cōcordiam, Pallada, Pacem, et Vestam intelligit, ab aqua Appia, q̄ in foro Cęsaris deducta erat cognominatas, q̄ aūt hęc templa ad forū Cęsaris essent ex Papinio, et Marti. intelligit. Sūt quoq; non dubia, sunt q̄dā mulieres quę habēt infames, q̄ amātes decipere solebant. Crimen amā. hñt, q̄ alios decipiunt, vt ipsę quoq; ab amantibus deceptę sunt. Cecropides, Atheniēses puellę a rege Cecrope, per quas oēs alias designat. Iurāti Theseo, viro pfido, vt fuit Theseus, qui Ariadnam reliquit. Quos facie. quos testes amplius adhibebit. Fecit ē ante Deos, ante Deos adhibuit testes, et tamen fidem violauit. Thesei crimi. hę. id etiam in Epistolis ei Phyllis ita exprobrat. De tanta rerum turba, factisq; parentis. Sedit in ingenio Cressa puella tuo. Nulla re. fi. quia nulli sunt amplius Dij per quos iuret. Illa potest vigi. q̄ alio munere pmissas noctes negabit, audebit etiam violare sacra Vestę et Isidis, et necare virū veneno. Vigiles flā. Ignis Vestę inextinctus inextinctum ignem, qui in templo Vestę seruabatur, cuius rei causam assignat Plutar. in Camillo his verbis. A Numa enim rege tanquam omnium principium esset ignis venerari institutum est, nā nobilissimum quoddam existit ignis in ipsa natura, et motio quędam est, vel cum motione totius generatio. Alia vero materia, quę calore vacat ociose, ignauiterq; iacens, et cadaueri similis ignis virtutem tanquam animam capit, et paulatim suscepto igne ad agendum quid, vel patiendum vertitur. Numa Pompilius vir curiosus ac sapientissimus, q̄ in colloquium cū Musis p sapientiam veniebat, ratione quadam phię motus hunc seruari, custodiriq; perpetua vigilia, ne corrumperetur, voluit, tanquā ęterna virtus esset, q̄ omnia seruaret. Aliā causam refert Oui. in Fastis. In eodem Vestę tēplo (vt testis est Plutar.) fama fuit Troianum illud Palladium, quod in Italiam Aeneas asportauerat residere. Inachi, Isis Inachi filia. Capere sa. sacra diripe. Mista aco. Aconitū aconita temperata. Est enim aconitum herba oium venenorū ocissima, quę tactis genitalibus foeminini sexus alalium, eodē die infert mortem, quo modo Calphurnius Bestia vxores necauit. Fabulę tradiderunt aconitum ex spumis Cerberi canis natum, extrahētē ab inferis Hercule. Cicuta Cicuta quoq; herba venenus est, publica Atheniensium pęna inuisa, vt docet Plinius. Propius cō. ea dicere. quę magis ad viros, q̄ ad foeminas pertinent, quod facere visus est, cum dixit foeminas accepto munere nunquam coitum negaturas, illas enim et auaritia, et propria libidine corrumpi posse designauit. Admissis equis, materia semel suscepta dando scilicet arma foeminis contra viros. Verba vadum tentent, verba ad te scripta ab amante ani

uum tuum sollicitent, sic et in primo. Cera vadis tentet rasis infusa tabellis. Edure, valde dure.

Quamuis vitę careatis honore, quis sitis infames. Vestra pignora, vestras literas. Nouo, iuueni. Sed tamen Aetnęi, nouus inqt amator literas amicę seruat, quibus tanq̃ fulmine vtatur in

Herculę et eas, et Amazonum gentem fuisse deletas. Sunt qui Gorgones ab agilitate dictas putant γοργον enim agilem sigt. I pro. h. d. foeminas in tumescere minime debere exemplo Palladis ostendit, q̃ cum tibiam inflasset, genasq; vidisset tumescere, tibiã abiecit, ipsa apud Oui. in Fastis ita dicente.

Pallas tibiam abiecit

punienda amica, timet enim semper ne iratus amator illas marito ostendat. Fulmen aũt iccirco Aetnęum appellatur, q̃m Vulcano fulminum fabricatori mõs Aetna sacer ẽ, vt Solinus scribit, vel a vicinitate. Docet enĩ Seruius Vulcanum inter Liparem ẽ Aetnam officina hr̃e, vnde Vir. dixit, Antra Aetnea sonant. Est cõ. est puellis data. Repellere fraudem, amantũ. s. q amicę lr̃as seruãt, vt eo timore seruitium patiantur.

Fulmen Aetnęũ

Multas figuras, multa et dissimilia elementa, et literas.

Per quos, quorũ causa hęc moneo. Nisi deletis ceris, nisi deletis amantum literis.

Geminas manus, tuam et amantis epistolam. Femina dicatur, foemina in literis apellet se nomine amatoris. Illa sit in vestris, amator scribẽs se amicam dicat.

Qui fuit ille, quemadmodum amica appellauit se nomine amatoris. Angue Gorgoneo, serpẽte Medusę Gorgonidũ reginę, cuius capilli ĩ angues mutati sunt, ut dictum est. Gorgonũ ãt gens (vt Diodo. scribit) occidentẽ versus sita erat in extremis orbis finibus, aduersus quam Perseus haud paruo certamine bellum gessit, tanta fuit earum mulierum virtus, vel potẽtia, insulam quã incoluere Hesperam vocarunt, quia ad occasum sita sit. Gorgonidas tradunt, cũ vires auxissent, iterũ a Perseo Iouis filio expugnatas, cum earum esset regina Medusa. Postremo ab

Gorgonũ gens

Hespera

Ancillę puerique manus ferat arte tabellas,
Pignora nec iuueni credite vestra nouo.
Vidi ego pallentes isto terrore puellas
Seruitium miseras tempus in omne pati.
Perfidus ille quidẽ, qui talia pignora seruat,
Sed tamen Aetnęi fulminis instar habet.
Iudice me fraus est concessa, repellere fraudes,
Armaque in armatos sumere, iura sinunt.
Ducere cõsuescat multas manus vna figuras
Ah pereant, per quos ista monenda mihi
Nec, nisi deletis, tutum est rescribere ceris,
Nec teneat geminas vna tabella manus.
Fęmina dicatur scribentis semper amator,
Illa sit in vestris, qui fuit ille, notis.
Sed licet a paruis animum ad maiora referre,
Plenaq; curuato pandere vela sinu.
Pertinet ad faciem rabidos cõpescere mores,
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira, nigrescunt sanguine venę,
Lumina Gorgoneo sęuius angue micant.
I procul hinc dixit, non es mihi tibia tanti,
Vt vidit vultus Pallas in amne suos.
Vos quoq; si media speculum spectetis in ira,
Cognoscet faciem vix satis vlla suam.
Nec minus in vultu dãnosa superbia vestro,
Comibus est oculis alliciendus amor.
Odimus imodicos (experto credite) fastus,
Sępe tacens odij semina vultus habet.
Spectantem specta, ridenti mollia ride,
Innuet, acceptas tu quoq; redde notas.
Sic vbi prelusit, rudibus puer ille sagittis
Spicula de pharetra promit acuta sua.
Odimus ꝛ męstas, Tegmessam diligat Aiax,
Nos hilarem populum foemina lęta capit.
Nũq̃ ego te Andrõache, nec te tegmessa rogarẽ,
Vt mea, de vobis altera, amica foret.

Prima terebrato per rara foramina buxo,
Vt daret effeci tibia longa sonos. Vox placuit, faciem liquidis referentibus vndis Vidi, et virgineas intumuisse genas. Ars mihi non tanti est, valeas mihi tibia dixi. Excipit abiectã cespite ripa suo. Inuenta Satyrus primum miratur, ẽ vsum Nescit, et afflatam sensit hr̃e sonum. Ea igit tibia postmodũ vsus. est Marsias, id qd ostendit Pausanias scribens Athenis fuisse Mineruę statuam, quę Marsiã Silenum verberibus cędit, q̃m tibias susceperat, quas ipsa abiectas volebat, quam rem sigt etiam Ouid. in. vi. Meta. eo versu. Quem trẽ tonia Latonę arũdine victum Affecit pęna, in quo enarrãdo pleriq; vt in alijs multis allucinantur.

Comibus oculis, lęto aspectu. Innuet, nutum faciet. Puer ille, Cupido. Rudibus sagittis, leuibus stimulis, quibus mutuo conciliantur amantes, in quodam codice loco sagittis legitur relictis. Tegmessam di. Aiax, quã męsta erat. Nos hilarem populum, nos exhilari vnba lętã etiam foeminam volumus. Nunq̃ ego te Andromache, Andromache quoque vxor. Hectoris mœsta erat.

Lux mea, verba sunt, quibus amantes vtunẽ, vnde Proper. Cynthiam crebro vitam, aut lucem appellat. Quis vetat, huiusce rei exempla sumere a Tegmessa et Andromache ad mulieres ex vulgo, quasi designet cuiuslibet conditionis foeminã

si sit

A sit mesta non placere. Nec no.p. du. nec huic rei obstare, q̄ illa dux fuerit, in qua tristitia requiritur perinde ac si diceret, q̄ nā tristis ē, nō mō in rebus bellicis, sed et venereis sp meret. Dux bo.q. Tegmessa et Andromache meste erant et horride; iccirco alterā Aiax prefecit omnium equitibus, alterā Hector signa militaria iussit mereri, hoc ē pedestres copias ducere. Causam clien. causas pu elle. Cliens autem relatiuum est patroni. Nemesis, Tibullus Deliam et Nemesim amauit. dicit Oui. in Elegia, in qua deflet Tibulli mortem. Sic Nemesis longus sic Delia nomen habebunt, Altera cura recens, altera primus amor. Cynthia, Propertii amica, eā Hostiā appellatā fuisse scri. Apule. in magia Versper, occidentalis plaga. Lycoris, Galli poete amica. Oui. Et sua cū Gallo nota Lycoris erit, eā Cythereidā appellatā fuisse Ser. scri. Nra corin. Corinne due fuerunt, altera Thebana, q̄ scripsit Epigrammata, et Lyrica poemata, de qua Proper. Et sua cū antique cōmitti scripta Corinne. Altera Thespia, q̄ a quibusdam Corinthia dr̄. Ouidi. amicam suam Corinnā appellauit ab eruditione et forme elegantia, de qua ipse alibi ita scribit. Mouerat ingenium totam cantata per vrbem Nomine nō vero dicta Corina mihi. Lectus et um. amor et ocium, aut scribendi locus. Sed facile heremus, facile amorem capimus Valido estu, potenti amore. Ab arte placida studiis poeticis. Studio; ingenuis artibus. Est Deus

Delia Nemesis

Cynthia Hostia Lycoris

cytheris corinne due

In nobis, idem etiam ostendit Plato de furore poetico his verbis Non enim arte, sed diuina vi ista dicunt. Nam si de vno quoq; istorum per artem recte loqui scirent, de ceteris quoq; omnibus idem possent, ob hanc vero causam Deus illis mentem surripiens ipsis tanquam ministris vtitur, oraculorumq; nuncijs, et diuinis vatibus, vt nos qui audimus, percipiamus non eos esse, qui tam digna referūt, cum sue mentis cōpotes minime sint, sed hec Deum loqui et per istos nobis hec Idamare. Vnde nō immerito Ennius sanctos poetas appellauit, vt scribit Cicero. pro Archia. Sunt et commercia celi, sunt et negocia, seu societates celi. Nam (vt etiam Pla cū Dijs to docet) Homerus non de alijs rebus agit, quam de his, que et alij poete tractant, nonne multa que ad bellum pertinent, et que ad consuetudines bonorum inuicē et malorum, priuatorum atq; opificum attinent enarrauit? Et de his quemadmodum secum inuicē, et cum hominibus versantur, deq; celestibus passionibus, professibus, item que apud inferos sunt Deorum, et heroum generationes cecinit. Commercium autem proprie dicitur commutatio mercium. Liuius libro. iiij. superbe a Samnitibus qui Capuam habebant, Cumasque legati prohibiti commercio sunt. Hic accipitur pro societate. Liuius. Aut quo lingue commercio quemquam ad cupiditatem discendi excitasset. et Silius, Pacem fer

Deus in poetis

Poete habent cō mercia cū Dijs

cōmerciū

Credere vix videor, nisi cogat credere partus,
Vos ego cum vestris concubuisse viris.
Scilicet Aiaci mulier mestissima dixit,
Lux mea, queq; solent verba iuuare viros.
Quis vetat a magnis ad res exēpla minores
Sumere? nec nomen pertimuisse ducis?
Dux bonus huic centū commisit iure regēdos,
Huic equites, illi signa tuenda dedit.
Vos quoq; de nobis, quē quisq; erit aptus ī vsū
Inspicite, et certo ponite quemq; loco.
Munera det diues, ius qui profitebitur, adsit,
Facundus causam sepe clientis agat.
Carmina q facimus, mittamus carmina tm̄,
Nam chorus ante alios aptus amare sumus
Nos facimus placidi laute preconia forme,
Nomē habet Nemesis, Cynthia nomē habet
Vesper, & Eoe nouere Lycorida terre,
Et multi, que sit nostra Corinna, rogant.
Adde quod insidie sacris a vatibus absunt,
Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos.
Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habendi,
Contempto colitur lectus, & vmbra foro.
Sed facile heremus, validoq; perurimur estu,
Et nimium certa scimus amare fide.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et studio mores conuenienter eunt.
Vatibus Aonijs faciles estote puelle,
Numen inest illis, pieridesq; fauent.
Est Deus in nobis, sunt et commercia celi,
Sedibus etherijs spiritus ille venit.
A doctis pretium scelus est sperare poetis,
Me miserum, scelus hoc nulla puella timet.
Dissimulate tamen, nec prima fronte rapaces
Este, nouus viso casse resistet amans.
Sed neq; rector equū, qui nuper sensit habenas,
Comparibus frenis, artificemq;, regit.
Nec stabiles animos annis, viridemq; iuuentā
Vt capias, idem limes agendus erit.
Hic rudis, & castris nunc primū notus amoris
Qui tetigit thalamos preda nouella tuos,

nan s commercia culpę. Viso casse, cognitis infidijs. Qui nuper sensit habenas, qui nondum est domitus. Comparibus frenis, equis habenis.

Artificem, equum domitum accipe, ex quo designat nouum amatorem viso casse celerius aufugere, quam veterem, et quasi domitum ab amica. Idem lime eadem via. Nec stabiles animos annis, militū amoris duo genera esse docet, alterum iuuenum, alterum maiorum natu, quomodo autem cum vtroq; agendum sit designat eleganter Ouidius.

elliat rebus admirationem. Dulcia non ferimus, viri aspernantur, quod facile consequuntur. Renouamur, ardentiores reddimur in amādo. Suis ventis, nimium secundis. Dicat tibi ianitor, maritum excludat ianitor. Pugnetur acutis, sitis vxores vestris viris difficiles. Meis telis, meis his pręceptis.

Te solam norit, tibi semper inhęreat vni,
Cingenda est altis sepibus ista seges.
Effuge riualem, vinces, dum sola tenebis,
Nō bene cum socijs regna, Venusq; manēt.
Ille vetus miles sensim, & sapienter amabit,
Multaq; tironi non patienda feret.
Nec franget postes, nec sęuis ignibus uret,
Nec dominę teneras appetet vngue genas,
Nec scindet tunicas ve suas, tunicas ve puellę,
Nec raptus flendi causa capillus erit.
Ista decent pueros ętate, et amore calentes,
Hic fera composita vulnera mente feret,
Ignibus hic lentis vretur, vt humida teda,
Vt modo montanis silua recisa iugis.
Certior hic amor est, breuis et foecundior ille,
Quę fugiunt, celeri carpite poma manu.
Omnia tradentur, portas reserabimus hosti,
Vt sit in infida proditione fides.
Quod datur ex facili, lōgū male nutrit amorē,
Miscenda est lętis rara repulsa iocis.
Ante fores iaceant, crudelis ianua clament,
Multaq; summissē, multa minanter agant.
Dulcia non ferimus, succo renouamur amaro
Sępe perit ventis obruta cymba suis.
Hoc est, vxores quod non patiantur amari,
Conueniunt illas, cum voluere viri.
Claude fores, duro dicat tibi ianitor ore,
Non potes, exclusum te quoq; tanget amor.
Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis,
Nec dubito, telis quin petar ipse meis.
Dū cadat ī laqueos, captus quoq; nup̄ amator
Solum se thalamos speret habere tuos.
Postmodo riualem, partitaq; foedera lecti
Sentiat, has artes tolle, senescet amor.
Tū bene fortis equus reserato carcere currit,
Cū, quos prętereat, quos ve sequatur, habet.
Quęlibet extinctos iniuria suscitat ignes,
En ego confiteor, non nisi lęsus amo.
Causa tamen nimiū ne sit manifesta doloris,
Pluraq; sollicitus, q̄ sciat, esse putet.
Incitet et ficti tristis custodia serui,
Et nimium duri cura molesta viri.

Cingenda est, muniēda est. Altis sępibus, ne riualis ingrediatur. Non bene cum socijs regna, sic et Lucanus. Omnisq; potestas impatiens consortis erit. Tironi, nouo militi amoris. Franget postes, amicę ianuam dicit. Raptus capillus, laniati crines ab amante. Humida teda, madefacta, vel viridi. Certior hic amor est, in maioribus natu amor est certior. Breuis et foecundior ille, illum dicit, qui est in iuuene. Carpite poma, fructum colligite o puellę a iunioribus, antequā discedant a vobis iuuenes amatorij. Portas reserabimus hosti, reconciliabimur amanti, et eum antea exclusum introducemus. Vt sit īfida, vt ostēdatis eum amare, cum tamen ei sitis infidę. Vt sit fides, vt vobis adhibeatur fides. Quod datur ex facili, non semper intromittendum esse dicit amatorem, ne quod ex facili dederis contemptum pariat, raritas enim cō

Quin petar, quin ardentior fiam in amāda vxore, legitur a quibusdam pellar. Dum cadat in laqueos, donec capiatur amore vestro, et teneatur irretitus. Postmodo riualem, docet quid seruandum sit ab amica postquam diu amator cum ea versatus fuerit. Senescet amor, fiet debilior. Reserato carcere, apertis carceribus, vnde equi erumpunt. Extinctos ignes, amores remissos. Suscitat, accendit, vnde et Terentianus illud, Amantium irę amoris reintegratio est. Causa tn̄ nimiū, vidēdū esse ait, ne aperte videat amator ab amica riualem ītroduci. Pluraq; sollicitus, credat magis id ita ei q̄ certi quicq̄ hēat. Ficti serui, q simuletur a marito custodiēde vxori p̄positus. Incitet, stimulet amatorē ad amādū. Vt fis liberior Thaide, q̄ metu simulabat Phędriā exclusisse, vt a Thrasone Pāphilā dono acciperet, vt apud Terētiū ī Eunucho. Admitte, amātē recipe. Admiscēdatū, l eo timore est tn̄ occulte Veneri īdulgēdū. Qua va.dix. docet decipiēdū eē maritū, et custodē vxoris. Rata sit cu.existimet se vxor habere custodes. Hoc decet, viri timeri ab vxo

Vindicta

re, vel nuptam habere custodes. Te quoq; ser- uari, libertinam foeminam docet posse custodes fallere. Est autem vindicta virga, qua serui libertate donabantur a pretore, a Vindicio appellata, vt Liuius docet. Quot fuerant Argo lumina, centum enim oculos habuit Argus, quos eandē pauonis Iuno collocauit. Verba dabis, decipies. Sumendę aquę, hauriendę aquę. Cum possit solea, cum literas possit calceis cęlare. Sub pede vincto, sub pede calceo induto. Blandas notas, literas amatorias. Conscia terguni Prębeat, quo vice chartę ad amantem scribas. Fallet & humidulis, docet lini viridis succo posse amicam etiam tuto scribere ad amantem.

Acumine lini humidulis, acuta auena viridis lini, qua scribebant amantes, postea carbonis puluere tactę literę legebantur. Affuit Acrisio, custodes falli posse docet exemplis.

Seruandę puellę, Danaen dicit, quam pater Acrisius in turri ęnea clauserat.

Fecit auum, quia Danae eius filia ex Ioue Perseum sustulit. Tot in vrbe Theatra, tria Theatra simul et Amphitheatrum scribit Strabo fuisse eo in campo, qui campo Martio adiacet, quibus in locis poterit esse puella sine custode.

Cum spectet iunctos, cum aspiciat ludos Romanos, de quibus in primo diximus. Cum sedeat Pharię, sacra Isidis dicit, quę de Aegypto Romam translata fuerunt. dicente Lucano, Nos in templa tuam Romana accepimus

Quę uenit ex tuto, minus ē accepta voluptas
Vt sis liberior Thaide finge metus.
Cū melius foribus possis, adimite fenestra,
Inq; tuo vultu signa timentis habe.
Callida prosiliat, dicatq; ancilla, perimus.
Tu iuuenem trepidū quolibet abde loco.
Admiscēda tamen Venus est secura timori,
Ne tanti noctes non putet esse tuas.
Qua uafer eludi possit ratione maritus,
Quaq; vigil custos, pręteriturus eram.
Nupta virum timeat, rata sit custodia nuptę,
Hoc decet, hoc leges, iusq;, pudorq;, iubent.
Te quoq; seruari, mō quā vindicta redemit,
Quis ferat? vt fallas ad mea sacra veni.
Tot licet obseruēt, mō sit tibi grata voluptas,
Quod fuerant Argo lumina, verba dabis.
Scilicet obstabit custos, ne scribere possis?
Sumendę dabitur cum tibi tempus aquę,
Conscia cum possit scriptas portare tabellas?
Quas tegat in tepido fascia lata sinu?
Cum possit solea chartas cęlare ligatas?
Et uincto blandas sub pede ferre notas?
Cauerit hoc custos, pro charta cōscia tergum
Prębet, inq; suo corpore verba ferat.
Tuta quoq; est, fallitq; oculos e lacte recenti
Littera, carbonis puluere tange, leges.
Fallet & humidulo quę fiet acumine lini,
Et feret occultas pura tabella notas.
Affuit Acrisio seruandę cura puellę,
Hunc tamen illa suo crimine fecit auum.
Quid faciet custos? cū sint tot in vrbe Theatra,
Cum spectet iunctos illa libenter equos,
Cum sedeat Pharię sistris operosa iuuencę,
Quoq; sue comites ire iubentur, eat.
Cū fuget a tēplis oculos bona Diua virorum,
Pręter quos, si quos, illa venire iubet,
Cum custode foris tunicam seruante puellę
Cęlent furtiuos balnea multa iocos,
Cum, quoties opus est, fallax ęgrotet amica,
Tollat & in lectum quemlibet illa suum.
Nomine cū doceat qd agatur, adultera clauis,
Quasq; petes, nō det ianua sola vias.

Isim. Ea autem celebrabantur a Romanis mulieribus castimonia multorum dierum. Pharię iuuencę, Isidis, quę in vaccam mutata ab Aegyptijs colebatur. Eam Lunam esse scribit Diodo. cuius sacerdotes lineis velamentis vtebantur, vt scribit Apuleius. Vnde in primo Ouid. Isim appellauit Deam linigeram. Isis

Operari

Operosa, dans operam. Est enim operari alicui rei operā dare. Propertius, Cynthia iam noctes est operata decem. Sistris sistrum crebra agitatione argutum erat multis crepitaculis circūsonantibus, vñ Papinius id multisonum appellauit. Apuleius in vndecimo Metamorpho. scribit Aereis atque argenteis, imo vero aureis etiam sistris argutum tinnitum cōstrepēns. Suę comites, alię matronę. Cū fuget, cum expellat.

Sistrum

Oculos virorum, nam sacris bonę Deę non licebat viris interesse. Propertius, Sacra bonę maribus non adeunda Deę. Pręterquam si quos, pręter amantes, qui ad hęc loca se conferebant, vt antea dictum est. Cum custode foris, in balneis quoq; dicit posse amantem cum amica furtum iocari.

Aegrotet, simulet se male valere.

Adultera clauis, adultera clauis quasi clauis altera facta, sicut adulterinam monetā appellamus, quam indocti falsam dicunt. et Apuleius auctore adulterinum vocat, adulteram etiam mulierem appellamus quę adulterium committit. Nomine cum doceat, aut nomine adulterę, hoc est quam appellamus adulteram, aut doceat nomine ipso quo alte-

Adultera clauis

Adulterina moneta

num factam significari oleimus, quasi et ipsa possit vobis furtim ianuaꝫ recludere. Ianua sola, quia sunt et fenestrę. Illa vel Hispano lecta sit vna iugo, Laletana prouincia est Hispanię, quę vinum pessimum mittebat Martia. A caupone tibi fex Laletana petatur, potes inquit Ouidi. multo vino vel pessimo ianitori somnum inducere, aut certe optimo vino, quod etiam nascebatur in Hispania ianuę prefectũ enim cendum esse dicit, nã Plin. Scribit in Hispania Lusitana vina copia nobilitari, elegantia vero Tarraconensia atq; Lauronensia, et Balearica ex insulis cõferuntur Italię primis. Sũt quoq; quę faciant, medicamina esse dicit, quibus possint puellę custodes somno efficere. Lethęa nocte, oblinio.o et profundo somno, quem aquę lethęę inducunt. Virgi. Ecce Deus ramum lethęo rore madentem, Viq; soporatũ stygia super vtraque quassat Tempora. Cum minimo custos, id etiam docet Apuleius libro ix. Meta. de quondam Mymere. Questus eram, admonet metuendas esse equales, ne amatores relicta amica illas ament.

Laletanũ vinum

Hispanũ vinum

damus. Lemniadum gladios, artes muliebres quibus contra viros vtunt tanq̃ gladijs Lemniades, quę vna nocte viros trucidarunt. Dolor et de pellice fictus, q; vir amore alterius foeminę tenea͞t.

Et laniet digitis, plura puellarũ cum amantibus designat. Horatius, Nos plura virginum sectis in iuuenes vnguibus acrium.

Fallitur et multo custodis cura Lyęo,
Illa vel Hispano lecta sit vna iugo.
Sũt q̃ꝫ quę faciũt altos medicamina somnos,
Victaq; lethęa lumina nocte premant.
Nec male delitijs odiosum conscia tardis
Detinet, & longa iungitur ille mora.
Quid iuuat ambages, pceptaq; pua monere?
Cum minimo custos munere possit emi?
Munera (crede mihi) placãt homiesq; Deosq;
Placatur donis Iuppiter ipse datis.
Quid faciat sapiẽs? stultus q̃ꝫ munere gaudet,
Ipse quoq; accepto munere mutus erit.
Sed semel ẽ custos longũ redimẽdus in ęuum,
Sępe dabit, dederit, quas semel ille, manus.
Questus erã (memini) metuẽdos esse sodales,
Non tangit solos ista querela viros.
Credula si fueris, alię tua gaudia carpent,
Et lepus hic alijs exagitatus erit.
Hęc q̃ꝫ, quę prębet lectum studiosa, locumq;,
(Crede mihi) mecum non, semel illa fuit.
Nec nimium vobis formosa ancilla ministret,
Sępe vicem dominę pręstitit illa mihi.
Quo feror insanus? qd apto pectore in hostẽ,
Mittor? & indicio prodor ab ipse meo?
Nõ auis aucupibus monstrat, qua pte petat,
Non docet infestos currere cerua canes.
Viderit vtilitas, ego cępta fideliter edam,
Lemniadum gladios in mea fata dabo.
Efficite, & facile est, vt nos credamus amari,
Prona venit cupidis in sua vota fides.
Spectet amabilius iuuenes, & suspiret ab imo
Femina, tam sero cur veniatq; roget.
Accedant lachrymę, dolor & de pellice fictus,
Et laniet digitis illius ora suis.
Iamdudum persuasus erit, miserebitur vltro,
Et dicet, cura carpitur ipsa mei.
Pręcipue si cultus erit, speculoq; placebit,
Posse suo tangi credet amore Deas.

Et lepus hic, hęc pręda. Hęc quoq; quę prębet, metuendam quoq; esse eam dicit, quę tibi locum pbuit, vbi cum amatore coisti. Mecum non semel illa fuit, eam enim compressi, quod ideꝫ poterit fieri a tuo amatore. Vicem dominę, quia cum illa rem habui loco dominę. In hostẽ mittor, aperiendo consilium foeminis, quę tanq̃ hostes viris insidiant. Aperto pectore, aptis et nudis cõsilijs. Viderit vtilitas, quasi dicat post habenda est vtilitas bonum pręceptas, quę foeminis

Procris erit, Procridis Erichthei Athenarũ regis filię fabulam narrat, quam et in. vij. Meta. plenius exequitur. Florentis Hymeti, vestitur enim semp floribus Hymetus mons atticę nulle celebratus, et effossione marmorum, vt Strab. scribit, vnde Plinius scribit columnas quatuor Hymetij marmoris ad Scenam ornandam adnectas fuisse. Rosmaris, rosmaris etiam a Plinio Libanotis appellatur. Et laurus, laurus (vt Diodorus docet) ab Apolline inuenta est, ob idque ei consecrata fertur, triumphis dicata erat, gratissima ianuę domibus Cęsarum atque pontificum dicẽte Ouidio in Metamor. Tu ducibus lętis aderis, cum lęta triumphum Vox canet, et longas visent capit. lia pompas. Postibus augustis eadem fidissima custos Ante fores stabis, mediamq; tuebere quercum, et in Tristibus. Cur tñ apposita velatur ianua lauro, Cingit & augustas arbor opaca comas. An quia perpetuos meruit domus ista triumphos, An quia Leucadio semper amata Deo. Ipsane q; festa est, an q; facit omnia festa, Quam tribuit terris, pacis an ista vt ta est, Vtq; viret laurus sem per, nec fronde caduca Carpitur, ęternũ sic habet illa decus. Cur aũt lauro in triumphis honos fuerit, docet Plinius

Pocridis fabula

Hymetus

Rosmaris seu libanotis

Laurus

Sed te,quęcunq; es,moderate iniuria turbet,
Nec sis audita pellice mentis inops.
Nec cito credideris,quãtum cito credere lędat,
Exemplum vobis non leue Procris erit.
Est prope purpureos colles florentis Hymeti
Fons sacer, & viridi cespite mollis humus.
Silua nemus nõ alta facit,tegit arbutus herbã,
Rosmaris, & laurus,nigraq; myrtus olent.
Nec densum foliis buxum, fragilesq; myricę,
Nec tenues cytisi,cultaq; pinus abest.
Lenibus impulsę Zephyris,auraq; salubri,
Tot generũ frondes,herbaq; summa tremit.
Grata ques Cephalo,famulis, canibusq; relictis
Lassus in hac iuuenis sępe resedit humo.
Q ueq; meos releues ęstus,cantare solebat,
Accipienda sinu mobilis aura veni.
Cõiugis ad timidas aliquis male sedulus aures
Auditos memori detulit aure sonos.
Procris vt accepit nomen, quasi pellicis, aurę,
Excidit, & subito mota dolore fuit.
Palluit vt sera lectis de vite racemus,
Pallescunt frondes,quas noua lęsit hyems.
Q uęq; suos curuant matura cydonia ramos,
Cornaq; adhuc nostris non satis apta cibis.
Vtq; animus rediit,tenues a pectore vestes
Rumpit, & indignas sauciat vngue genas.
Nec mora, per medias sparsis furibũda capillis
Euolat, vt thyrso concita Baccha, vias.
Vt prope puentum est,comites in valle reliqt,
Ipsa nemus tacito clam pede fortis init.
Q uid tibi mentis erat,cũ sic male sana lateres
Procri? quis attoniti pectoris ardor erat?
Iamiam venturam,q̃cunq; erat aura,putabas
Scilicet,atq; oculis probra videnda tuis.
Nunc venisse piget (neq; n. dęphendere velles)
Nunc iuuat,incertus pectora versat amor.
Credere q̃ iubeant,locus ẽ, & nomen, & index,
Et,qr mens semper, quod timet,esse putat.

Myrtus & eius gñ͞a Plinius lib.xv. Nigraq; myrtus,myrtus arbor est Veneri dicata.Virgilius,formosę myrtus Veneri. Eius genera, tria prodidit Cato, Candidam, Nigram,coniugalem, hęc postrema ita appellatur, q̃ coniugiis dicata sit, et a Gręcis Agia dicitur. Catullus, Floridis velut enitens Myrtus Agia ramulis. **Buxus** Nec densus foliis buxum, laus est arboris, quę quãto est densior foliis, tanto pulchrior videtur,ẽ topiario operi magis apta. Buxus autem plurima **Cytborus** nascebatur in Cythoro monte Paphlagonię,vt Solinus scribit. Virgilius. Et iuuat vndantem buxo spectare Cytborum. Buxus etiam plurima nascebatur in Pyreneis montibus,ac Berecyntho tractu, vt Plinius docet. Fragilesq; myricę, **Myricę** myricę (vt Seruius scribit)virgulta sunt humillima.Virgilius. Non omnes arbusta iuuant, humilesque myricę. Scribit Plinius myricam fruticẽ nasci in Italia,et Tamaricem ab aliqs appellari. Nec tenues cytisi, **Cytisus** cytisus frutex est miris laudibus celebratus ab Antimomacho Atheniensi pabulo ouium,aridus etiam suum, eo lętior est satietas, et per quam modico pinguescit quadrupedia,ita vt iumenta hordeum spernant, non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior.Super omnia pecorum medicina a morbis omni vsu prestante, ideo nutricibus in defectu lactis aridum, atq; in aqua decoctum potui cũ vino dari iubet,et firmiores, celsioresq; infantes fore. Cytisus autem in Cytiso insula primum inuentus,inde in omnes Cycladas,mox in vrbes Grecas deuenit magno casei prouentu,rarus hunc fruticem in Italia fuisse Plinius scribit. Cultaq; **Pinus culta** pinus,aut pomis ornata,aut cultam appellat ad differentiam pinastri,hoc est pinus siluestris, quę (vt Plinius docet) est mirę altitudinis, ẽ a medio ramosa,sicut pinus in vertice,quę hanc ob causas ab Ouidio in vltimo Metamorphoseon succin**Succincta pineta**cta appellatur, quasi cincta et alligata videatur densis et ramosis brachiis a vertice in altum tendentibus, vt in enarrationibus nostris in Ouidium Metamorphoseon duximus. Mobilis aura,agitabilis vento. Coniugis,Procridis. Auditos sonos, auditas vocem, qua auram vocabat. Quasi pellicis Aurę, credidit enim Auram vocatam, non venturã esse,sed pellicem. Vt sera lectis de vite racemus, vt esse solet vua macrior, et serius collecta. Pallescunt frondes,vt pallent frondes. Noua hyems, nam extrema parte Autumni adueniẽte hyeme folia decidunt ex arboribus.Virgilius. Quã multa in siluis autumni frigore primo Lapsa cadunt folia. Scribit Plinius plurimis arboribus **Casus foliorum autumno** folia cadere autumno, quasdam tardius amittere, atq; in hyemes prorogare moras. Decidere Tymeus Mathematicus Sole Scorpionem transeũte syderis vi, vt quodam veneno aeris putat. In quodam exemplari leguntur hoc modo ista duo carmina, Palluit vt serę, lectis de vite racemis. Pallescunt frondes,quas noua lęsit hyems. Matura cydonia, mala ea, **Cotonea Cydonia** quę a nobis vocantur Cotonea, a Gręcis vero Cydonia ex Creta insula aduecta dicuntur,incuruatos habent ramos, prohibentq; crescere eorum,

Vidit vt oppressa vestigia corporis herba,
Pulsantur trepidi corde micante sinus.
Iamq; dies medius tenues cõtraxerat vmbras
Inq; pari spatio vesper & ortus erant.
Ecce redit Cephalus proles Cyllenia siluis,
Oraq; fontana feruida pulsat aqua.
Anxia Procri lates, solitas iacet ille p herbas,
Et Zephyri molles, auraq; (dixit) ades.
Vt patuit miserę iucundus nominis error,
Et mens, & rediit verus in ore color.
Surgit, & oppositas agitato corpore frondes
Mouit, in amplexus vxor itura viri.
Ille feram sonuisse ratus, iuueniliter arcum
Corripit, in dextra tela fuere manu.
Quid facis infelix? nõ est fera, supprime tela,
Me miserum iaculo fixa puella tuo est.
Hei mihi conclamat fixasti pectus amicum,
Hic locus a Cephalo vulnera semp habet.
Ante diem morior, sed nulla pellice lęsa,
Hoc faciet positam te mihi terra leuem.
Nomine suspectam iam spiritus exit in aurã,
Iam morior, chara lumina conde manu.
Dixit, & incauto paulatim pectore lapsus
Excipitur miseri spiritus ore viri.
Ille sinu dominę morientia pectora męsto
Sustinet, & lachrymis vulnera sęua lauat.
Sed repetamus iter, nudis mihi rebus agẽdũ
Vt tangat portus fessa carina suos. (est,
Scilicet expectas, vt te in conuiuia ducam,
Et quęris monitus hac quoq; parte meos.
Sera veni, positaq; decens incede lucerna.
Grata mora venies, maxia lena mora est
Et, si turpis eris, formosa videbere cunctis,
Et latebras vitijs nox dabit ipsa tuis.
Carpe cibos digitis, est qdam gestus edendi,
Ora nec inmunda tota perunge manu.

parentem. Plura eorum genera ponuntur a Plinio libro decimoquinto. Non satis apta, nondum matura. Vt thyrso concita Baccha, Trieterica nocte celebrabatur, ad quę Bacchę concurrebant passis per colla capillis, portabant autem hastam pampinis inuolutam, quam Thyrsum appellabant. cingebantque caput virginea corona dicente Ouidio. Nocte sua est egressa domo regina, Deique Ritibus instruitur, furialique accipit arma. Vite caput tegitur, lateri ceruina sinistro Vellera dependent, humero leuis incubat hasta. *[margin: Trieteri, Thyrsus]*

Locus est quo veniebat Cephalus.

Et nomen, Aurę.

Et index, accusator Cephali et aurę.

Tenues contraxerat vmbras, quia Sol tunc erat ardentissimus, et tenuiores vmbrę videbantur.

Inque pari spatio, medium diem per diuersa verba designat. Ecce redit Cephalus proles Cyllenia, Cephalus in Metamorphoseon ab Ouidio Aeoli, a Strabone Dionei filius fertur, qui ex Athenis profugus ab Amphitryone Dulychium accepit, ab eoque postea insula Cephalenia est appellata. Pausanias etiam ita scribit. Aiunt Cephalum Deionis filium, vna cum Amphytrione ad Teleboas insulam incolendam venisse, quę nunc ab illo Cephalenia dicitur. Interea eundem Athenis Thebas migrasse reum de Procris vxoris cede. Idem etiam scribit in porticu regia nomine in Attico solo fuisse Auroram Cephalum asportantem, quem pulcherrimum fuisse constat, raptumque ab aurora, quod eius amore capta esset. Inde genitum Phaetontem, quem aedituum con- *[margin: Cephalus]*

stituerit, id etiam Sappho in Epistola videtur ostendere, cum inquit. Hunc ne pro Cephalo raperet Aurora timebam. Et faceres, sed te prima rapina tenet. Cur autem ab Ouidio proles Cyllenia dicatur, docet Strabo in decimo his verbis. Nec vero Hellanicus Homero concordat Dulichium Cephaleniam nuncupans. Illud enim sub Mege re fuisse perhibetur, sicut et Echinades reliquę. Eius autem inquilini Epei sunt dicti ab Elide profecti. Quamobrem Otum Cyllenia de gẽte Phyllei socium magnanimorum ductorem Epeorum vocat. Ergo ab Oto Cyllenes Eleorum emporij olim incola et ductore Epeorum, qui Dulichium incolebant, Cephalus quod postea Cephalus tenuit, dictus est Cephalus proles Cyllenia, quod autem Cyllene sit Eleorum emporium docet Strabo in octauo. Sunt qui carmen hoc ita legant. Ecce redit Cephalus proles Deionia, vel Eionia, a patre ipsius Cephali, quę lectio quoniam in alijs codicibus nusquam reperitur parum placet. Hic locus, pectus meum. A Cephalo vulnera semper habet, prius enim sollicita eram, ne captus esses Aurę amore. nunc vero me iaculo fixisti. Te positam, te superiniectam, quasi dicat sepulta minus sentiam mortis dolores, quia Aurę suspitione leuata sunt. In auras, in ventum. Sequitur autem Ouidius eos qui animam aerem dicunt, et in materiam suam redire autumant. Sic Virgil. Atque in ventos vita recessit. Chara lumina conde manu. scribit Plinius morientibus oculos operire, rursusque in rogo patefacere Quiritibus magno ritu

Neue nimis presume dapes, sed desine citra
Quam cupias, paulo q̃ potes esse minus.
Priamides Hectorem auide si spectet edentem,
Oderit, et dicet, stulta rapina mea est.
Aptius est, decet atq; magis potare puellas,
Cum Veneris puero non male Bacche facis.
Hoc quoq;, q̃ patiens caput ẽ, animusq; pedesq;
Constent, nec quę sunt singula, bina vide.
Turpe iacens mulier multo madefacta Lyęo,
Digna est concubitus quoslibet illa pati.
Nec somno tutum est posita succumbere mẽsa
Per somnos fieri multa pudẽda solent.
Vlteriora pudet docuisse, sed alma Dione
Precipue nostrũ est, quod pudet, inquit, opus.
Nota sibi sit quęq;, modos a corpore certos
Sumite, non omnes vna figura decet.
Quę facie presignis erit resupina iaceto,
Spectentur tergo, cui sua terga placent.
Melanion humeris Atalantę crura ferebat,
Si bona sunt, hoc sunt aspicienda modo.
Parua vehatur equo, quod erat lõgissima, nũq̃
Thebais Hectoreo nupta resedit equo.
Strata premat genibus paulum ceruice reflexa
Foemina per longum conspicienda latus.
Cui femur ẽ iuuenile, carent quoq; cętera mẽda
Semper in obliquo fusa sit illa toro.
Nec tibi turpe puta crinem, vt Phylleia mater
Soluere, & effusis colla reflecte comis.
Tu quoq;, cui rugis vterum Lucina notauit,
Vt celer auersis vtere Parthus equis.

Propinquiores mortuis oculos claudebant

sepultum fuisse, ita more condito, vt neque ab homine supremum eius spectari fas est, et cęlo non ostendi nefas. Solebant autem propinquiores mortuorum oculos claudere. Ouidius Respice Laertem, vt iam sua lumina condas, Extremum fato sustinet ille diem. Sed repetamus iter, a diuerticulo ad rem redeamus. Nudis rebus, apertis verbis, et exemplis. In conuiuia ducam, vt doceam quomodo cenandum sit apud amicum. Posita lucerna, quia indicio formę obstant duo, nox scilicet, et ebrietas. Maxima lena, maxima conciliatrix, quasi quędam lena. Tuis vitiis, tuę turpitudini. Neue nimis presume dapes, nec coram amatore nimium edendo dapes absumas. Sunt qui legant domi, et alii dixi. Sed desine citra, ordo est, sed desine esse citra quam explas, et desine esse paulominus quam potes, esse autem infinitiuus est ab edo verbo deductum non a sum. Suetonius in Tiberio, Quasi biberent, quando esse nollent. Non male facis, non discrepas. Hoc quoq;, vide subaudi. Animusq;, pedesque constent, quantum mens, et pedes a vino sint illesi. Nec quę sint singula, nec quę sola sunt, duo videantur, quod ebriis accidit.

Turpe iacens mulier, quę temulenta se sternit, et dormit. Pati quoslibet concubitus, cum humillimo quoque coire, tanquam vilissimum scortum. Multa pudenda, vt stertere. Vlteriora pudet, erubesco ea discere, quę in coitu fieri debent. Alma Dione, alma Venus. Vna figura, vnus coeundi modus. Sunt enim multi, quos poeta describit. Spectetur tergo, id et cętera huiusmodi interpretetur Venus, nos quoniam nimis est obscęnum silentio pretéribimus. Thebais, Andromache filia Eetionis Thebarum in Cilicia regis. Vt phylleia mater, tanquam quę Bacchi sacra celebrans demittit capillos per colla. Ouidius in Fastis. Vt quas aud. re solemus Threicias fusis Menades ire comis, et Amata Virgiliana ita loquitur. Soluite crinales vittas, capite orgia mecum. A Phylla autem Magnesię oppido Baccham Phylleiam appellauit Ouidius. Scribit etiam Strabo a Phyllo Thessalię oppido Phyllei Apollinis fanum esse appellatum. Cui rugis vterum Lucina notauit, cui partus vterum signauit, habent enim post partum foeminę rugosum corpus. Sane Lucinam Deam partus pro ipso partu posuit. Vt celer auersis, post peractam rem veneream te subtrahas celeriter, et auertas, vt Parthi fugientes faciunt, ne corporis rugę videantur. De Parthorum fuga satis dictum est superius. Sed neq; Phębei tripodes, tripodes (vt Seruius docet) erant mensę in templo Apollinis Delphici, quibus superpositę Phębades vaticinabant. Nec Corniger Hámon. Hámonẽ dicit, q in Cyrenaica regiõe colebatur, et dabat rñsa, quẽ Dion. (vt Diod. scri.) et tẽplũ patri, et vrbẽ ꝯdidit, honoresq;, vt Deo ĩpẽdit, quosdã instituens, q hẽrent diuinationis curã. Hámũ aũt lingua Ægyptia Iuppiter dicebať, sed (vt tradit Herodo.) corrupto nõie ab Afris Hámon dictus est. Corniger aũt iõ appellať, q̃m Hámon galea in bello vsus est, cuius insigne fuit arietis caput. Sunt qui ipsum asserant natura in vtroq; tempore paruula habuisse cornua, propterea eius filium Dionysiũ eodem fuisse aspectu, posterisq; traditũ Deum hunc cornua gestasse. Hęc Diodorus. Seruius tamen in quarto Æneidos fabulam aliter narrat. Templi Hanimonis meminit etiam. Solinus, Trogus, et Plinius.

Phylla vel Phyleius vedinatur
Tripode
Hámon
Corniger Hámon

Mille modi Veneris, simplex, minimiq; labo-
 Cũ iacet in dextrũ semisupina latus. (ris,
Sed neq; Phębei tripodes, nec corniger Hãmõ,
 Vera magis vobis, q̃ mea musa canet.
Si qua fides arti, quam longo fecimus vsu,
 Credite, pręstabunt carmina nostra fidem.
Sentiat ex imis Venerem resoluta medullis
 Foemina, & ex ęquo res iuuet ista duos.
Nec blãdę voces, iucũdaq; murmura cessent,
 Nec taceant medijs improba verba iocis.
Tu quoq;, cui Veneris sensũ natura negauit,
 Dulcia mendaci gaudia finge sono.
Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella,
 Quo pariter debent foemina, virq; frui.
Tantum, cum finges, ne sis manifesta, caueto,
 Effice per motum, luminaq; ipsa fidem.
Quod iuuat, & voces, & anhelitus arguat oris,
 Ah pudet, arcanas pars habet ista notas.
Gaudia post Veneris q̃ poscit munus amãtẽ,
 Illa suas nolit pondus habere preces.
Nec luces in thalamos totis admitte fenestris,
 Aptius in vestro corpore multa latent.
Lusus habet finem, cygnis discedere tempus,
 Duxerunt collo qui iuga nostra suo.
Vt quondã iuuenes, ita nunc mea turba puellę
 Inscribant spolijs, Naso magister erat.

Publij Ouidij Nasonis de Arte Amandi liber
tertius & vltimus explicit.

Ex ęquo, vt ambo pariter soluantur in Venerem. Veneris sensum, eam dicit, quę in Venerem natura frigidior est. Mendaci sono, voce simulata, qua quidam in coitu vtuntur. Per motum, per corporis agitationem. Luminaq; ipsa, per oculos ipsos. Quomodo autem id fiat docet Iuuenalis eo versu. Oculosq; in fine trementes, et Persius, Patranti fractus ocello. Gaudia post Veneris, post peractũ munus venereũ. Quę poscit munus amãtem, quę petit ab eo dem officium coeũdi. Habere pondus, effectum habere, quod tunc non poterit, hanc igitur ob causam puella simulet se pariter cum amãte solutam esse in Venerem, etiã si non fuerit. Latet aptius, commodius cęlatur. Lusus, opus meum. Cygnis discedere tempus, cygnus vir fuit q post Phaethontis casum in auem sui nominis mutatus est, vt docet Ouidius i Metamorphoseon, et Maro in decimo. Pausanias scribit vltra Eridanum in Gallia Cygnum virum musicę peritum Ligurum regem fuisse, et locum esse datum fabulę, eũ post obitum Apollinis voluntate, in Cygnum autem conuersum. Cygnus latine Olor appellatur, vt Hyginius scribit. Dicuntur autem olores Veneris currum vehere. Papinius, Amyclęos ad frena citauit olores, et Ouidius in Metamorphoseon. Vecta leui curru medias Cytherea per auras, Cypron olorinis nondum pertenerat alis. Sunt etiam cygni (vt in Tusculanis scribit Cic.) Apollini dicati, quod ab eo diuinitatem habere videantur, quod prędenntes quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur, vnde non immerito poeta, qui est in tutela Apollinis, et cecinit res Veneris, ab auibus vtrique numini dicatis, vectum se fuisse dicit. Sane currum Veneris nõ modo olores ducunt, sed etiã columbę. Claudianus, Venus hic inuecta columbis. Apuleius quoque in sexto Metamorphoseos lepidissime docet quatuor candidas colũbas picta colla torquentes, iugum Veneris geminum subire, et currum Deę prosequentes garrulos constrepẽtes lasciuire passeres, et cęteras, quę dulce cãticant aues, mellitis modulis suaue resonãtes, aduentũ Deę pnũciare. Spolijs, exuuijs amantũ.

cygni fabula

Currus Veneris

BARTHOLOMEI MERVLÆ ENARrationes in primum Ouidij Volumen de Remedio Amoris.

LEgerat huius Amor titulum, nomenq; libelli. Scripturus de Remedio Amoris Ouidi. primo se excusat Cupidini, ostenditque non ei aduersari vel se suis preceptis, sed his se opem ferre paratum esse, qui adeo impatienter amant, vt quandoq; necesse sit nimio amore, aut laqo, aut ferro, aut alia via vitam finire, quod quidem alienum esse dicit a Cupidinis regnis, qui amantium lachrymis tantummodo contentus, cum mortem iocari solet. Deinde allaturus poeta remedia amantibus, medicine et poetarum presidem Apollinem inuocat. Tum demus narrationem & opus in duos libellos digestum exequit.

Titulus

Titulum, indicem. Dicitur autem titulus a titiendo, quasi titulus, q̄ dicat opus auctoris. Martialis. Vnum de titulo tollere tota potes. Nomenq; libelli, quod est de Remedio amoris. Tuum vatem, qui res lascinas canit. Vates etiam Cupidinis et Veneris esse dicunt, vñ apud Papiniũ Cupido de Stella poeta



P. OVI. NASO. DE REMEdio amoris Liber primus incipit.



LEgerat huius Amor titulum,
nomenq, libelli,
Bella mihi (video) bella parantur ait.
Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido,
Tradita qui toties te duce signa tuli.
Non ego Tydides, a quo tua saucia mater
In liquidum redijt ęthera Martis equis.
Sępe tepent alij iuuenes, ego semper amaui,
Et si quid faciam nunc quoq; quęris amo.
Quin etiam docui, qua posses arte parari,
Et quod nunc ratio est, impetus ante fuit.

Cupido poetas efficit

ita Venerem alloquitur. Hic tibi plectra dedit, mitisq; incedere vates Maluit, et nostra laurum subtexere Myrto. Agathon quoq; i Platonis conuiuio scribit Amorem esse adeo sapientem, vt alios quoq; poetas possit efficere. Quilibet.n. licet antea rudis, poeta euadit, cum primum Amor afflauerit. Sceleris damnare, credendo bella a me parari in te, cuius ductu et auspicijs sępenumero pugnaui.

Non ego Tydides, non soleo ego pugnare ɔ̄ te, aut matrem Venerem, vt olim Diomedes, qui (vt in.v. Iliados scribit Home.) Venerem inter frequentiam bellantium secutus propere, atq; assecutus, per ambrosium peplium, quem ipsę Charites elaborauerant, immissa lanceę cuspide percussit, extre

Venus vulnerata a Diomede

mitatemq; tenerę manus facile ad uolam vsque trãsfodit, quo ex vulnere cęlestis sanguis, humorque, qualis e diuinis corporibus solet, emanauit, quippe nec fruge vescuntur Dij, nec vinum potãt, eoq; exangues sunt, et immortales nominantur.

In liquidum redijt ęthera Martis equis. Venus enim a Diomede vulnerata Martem his verbis orauit. Suscipe me frater suauissime commodaque mihi parumper equos tuos, vt in cęleste domicilium Deorum pergam, atroci nãq; cruciatu afficior, saucia ferocissimi Diomedis manu, qui etiam (quę sua audacia est) cum Ioue ipso pugnaret, sic locuta, exoratisq; equis moestitia grauis in currum ascendit, et auriganite Iri, equos que sua sponte rapidos etiã verberibus addere cursum vrgẽte in vastum. Olympum continuo perlata est. Tepent, frigent. Plautus, Hic homo factus est tepidior, aut certe temperate amat. Tepidũ enim dicitur medium inter calidum & frigidum. Ouidius in Metamorphoseon. Tepidaq; rosaria Pęsti. Qua posses ar. pa. quo posses conciliari amãtibus, designat autẽ libros artis amatorię. Et quod nũc rõ est et nunc quod ratione agitur in remedijs amori afferendis. Est enim ratio gerendorum ordo ex causa venientium, vt quid quo loco facias, ac dicas intelligas. Causa vero est animi impulsus ad aliquid agendum. Impetus antẽ fuit, antea enim in pręceptis amatorijs vsi sumus impetu, et quasi cursu incerto potiusquam ratione. Nec prodimus, nec tanquam proditores oppugnamus. Nostras artes, nostra amatoria pręcepta. Retexit, destruit. Feliciter ardet, si feliciter amat. Et vento nauiget ille suo, et amare pergat. Male fert, ęgre patitur. Regna, imperia, iussa. Indignę puellę, vilis amicę, et non dignę illis regnis. Ne pereat, ne conficiatur amore.

Nostrę artis, nostrorum pręceptorum. Roda

Venus vulnerata in cęlum redijt

Tepidũ

Ratio

Causa

Nec te blande puer, nec nostras ꝓdimus artes
Nec noua preteritum musa retexit opus.
Si qs amat quod amare iuuat, feliciter ardet,
Gaudeat, & vento nauiget ille suo.
At, si quis male fert indignę regna puellę,
Ne pereat, nostrę sentiat artis opem.
Cur aliquis laqueo collum nodatus amator,
A trabe sublimi triste pependit onus?
Curq; aliquis rigido fodiat sua pectora ferro?
Inuidiam cędis pacis amator habes.
Qui, nisi desient, misero periturus amore est,
Desinat, & nulli funeris auctor eris.
Et puer es, nec te quicq̃, nisi ludere, oportet,
Lude, decent animos mollia regna tuos.
Nam poteras vti nudis ad bella sagittis,
Sed tua mortifero vulnere tela carent.
Victricus & gladijs, & acuta dimicet hasta,
Et victor multa cęde cruentus eat.
Tu cole maternas, tuto qbus vtimur, artes,
Et quarum vitio nulla fit orba parens.
Effice nocturna frangatur ianua rixa,
Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coeant furtim iuuenes, timideq; puellę,
Verbaq; dent cauto qualibet arte viro.
Et modo blanditias, rigido modo iurgia posti
Dicat, & exclusus flebile cantet, amans.
His lachrymis cōtētus eris sine crimie mortis,
Nec tua fax auidos digna subire rogos.

dis collum, habens collum ligatum. Est autem synecdoche nota figura. Triste onus, lugubre et infelix pondus. Habes inuidiam cędis, habes odium mortis, quia amore illum perijsse intelligunt. Nisi desierit, nisi flagranti amori desisterit indulgere. Desinat ama. desinat meis preceptis.

Mollia re. lasciua et innoxia imperia, quibus prefectus es.

Poteras vti, poteras a mari et purgare si voluisses, vt amantes inuarirent. Nudis sagittis, vel exprōptis e pharetra, vel non occulto, sed aperto Marte. Sed tua mortifero, ideo non pugnas nudis sagittis, quia spicula tua non sunt lethifera.

Mars et eius inuentum

Victricus, et gladijs. Martem designat, quem Diodo. scribit primus fabricatis armis armasse milites, pugnandique ac certandi morem induxisse, eos, qui Dijs aduersi essent interficientem. Eundem etiam Homerus refert inter omnes cęlestes Ioui esse maxime inuisum, quem nihil iuuat, nisi rixę, nisi pugnę, nisi bella, vere reddentem ingenium Iunonis, ferox, vastum, cōtumax, & malignum.

Victricus

Victricus autem (vt Modestinus iurisconsultus scribit) appellatur matris vir ex alio viro natis. Mars enim victricus dicitur Cupidinis, quoniam eo Venus mariti Vulcani loco abutebatur. Maternas artes, iocos Veneris matris.

Quibus tuto vtimur, quibus nos amantes vtimur sine mortis periculo. Et quarum vitio, et eas artes cole subaudi. Nulla fit orba parens, nulla mater liberis priuatur. Nocturna frangatur ianua rixa, exclusi enim proterui amantes noctu feriebant amicę fores crebris ictibus, vt antea diximus. Et tegat ornatas, noctu etiam amantes foribus coronas figebant, aut in limine relinquebant. Vnde in secundo de arte ita precipit Ouidius Postibus et durę supplex blandire puellę, Et capiti demptas in fore pone rosas, et Propertius. Et mihi non desunt turpes pendere corollę.

Et modo blanditias, sic Tibullus ianuam execrando inquit, ianua difficilis dominę te verberet imber, Telonis imperio fulmina missa petant, et paulo post blanditijs vtitur cum inquit, Et mala si qua tibi dixit dementia nostra, ignoscas, capiti sint precor illa meo. Et exclusus flebile canet amās, exclusus amator flebile cantu querat, vt facit Ouidius in ea Elegia, quę sic incipit, Ianitor indigne dura religate catena. Nec tua fax, facem intelligit, qua Cupido amātes vrit.

Rogos auidos digna subire, cupitam mortem et optatam ab amantibus.

Gemmatus

Amor aureus, pulcher Cupido. Gemmatas mouit amor alas, gemmas imitātes, radiantes. Martialis, Miraris quoties gēmatas explicat alas, et Papinius. Quę super imposito moles gemmata colosso.

Propositum opus perfice dixit, libros de Remedio amoris.

Quos suus ex omni pte fefellit amor, quos suus amor penitus destituit. Vulnus opemque feret, vulnus intelligit precepta amatoria, opes vero remedium amoris.

Telephi historia

Vulnus Achilleo, Telephus (vt in quinto scribit Diodorus) filius fuit Herculis et Auges filię Alei regis Arcadię, qui inter virgulta inuentus, & a cerua exhibito vbere nutritus sit, Telephi nomen accepit, hic donatus a pastoribus Coryto Thessalię regi, a quo vt filius educatus vir factus matrem inuestigans Delphos venit. responsoq; accepto, vt in Mysiam nauigaret ad Teuthrantem reges, inuenta matre, cognitoq; cuius esset filius, magno in honore est habitus. Teuthrantes virili stirpe carens Argiopē filiam Telepho despondit, eumque reliquit regni successorem. Gręci deinde ignorātes iter ad Troiam in Mysiam per errores peruenerunt, contra quos Telephus in pugnam descendens, insequensq; Vlyssem cecidit, ibique ab Achille, qui imminebat vulneratur, et cum respondisset oraculum Telephi vulnus sanari non posse

dit iterum ab Achille eodem in loco vulneraretur, in Greciam nauigauit, quo ex Mysia Greci redierant, promisitque Achilli in premium sanati vulneris se ducem futurum ad litus Troianum, ac ita sanatus est, dicente Ouidi. in Metamorpho. Ego Telephon hasta pugnantem domui victum, orantemq; refeci. Sane iccirco fingitur Telephus eadem hasta ictus ab Achille esse sanatus, quoniam ferri rubigine vsus sit, cuius vis est ligare, siccare, restringere, vt Plini. docet in. xxxiiij. Claudianus tamen Telephon scri. ab Achille sanatum esse virtute herbaria, cuius cognitionem a Chirone centauro didicerat. Ita enim canit, Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis, Cuius pertulerat vires, et sensit in vno Letalem, placidamque manum medicina per hostes contigit, et populus quos fecerat ipse dolores. Pelias hasta, hasta Thessala a Pelio monte Thessalię, vel a Peleo Achillis patre. Fuit autem ex fraxino, vt docet Homerus libro duodecimo Iliados, Strabo in decimo, et plini. in sextodecimo. Sed quęcunque viris, profitetur poeta se hec pręcepta tã viris, quam puellis tradere. Ad vestros vsus, quia multa dicet agenda a viris, quę non decent puellas. Attamen exemplo, exemplo pręceptorum quę viris dabuntur, poterunt et foeminę quid agendum sit intelligere. Vtile propositum est, est vtile institutum. Seuas flammas, amorem intolerabilem. Vitijs, stimulis amoris.

Vixisset Phyllis, multarum exempla proponit quę impatientis amoris dederunt pęnas, quod non fecissent, si pręceptis poetę vti potuissent.

Nouies, Phyllis enim ad litus sola profecta est, vt prospiceret an Demophoon veniret, vt in vltimo huius operis docet Ouid. Nec dolor armasset, Medeam designat, quę repudiata ab Iasone post regiam Creontis incensam, in eius vltionem filios iugulauit, vt antea dictum est. contra sua Medea sua viscera, suos liberos. Damno socij sanguinis vlta virum est, amissione liberorum. Arte mea Tereus quamuis Philomela placeret, Terei regis Daulidis fabula nota est Ouidij carmine in. vi. Metamor. Per facinus, per vim Philomelę illatam. Fieri auis, non meruisset mutari in Vpupam, id autem Bizię in Thracia factum fuisse Plinius sentire videtur. Strabo vero scribit h... mediterranea secundum Delphos paulo super ad orientem Daulida oppidulum esse, vbi Tereum Thracem potentatum tenuisse aiunt, quęque de Philomela et Progne fabulis vulgata sunt, eo in loco patrata memorant. Verum Thucydides ad Megara scribit. Loco autem nomen a densitate arbustorum inditum est, cum Daulos densos appellant. Da mihi Pasiphaen, iam tauri ponet amorem, Pasiphaes fabula dicta est superius. Da Phędram, Phędrę turpis abibit amor, quę prurigni Hippolyti amore exarsit. Impia si nostros legisset Scylla libellos, Scyllam Nisi Megarensium regis filiam dicit, quę capta amore Minois Alcathoen patriam, et patrem obsidentis, qui cum Atheniensibus senserat in Androgei morte, Carinus nutricis Phenicis Ogigij filię consilio, patris comam fatalem abscidit, pacta cum Minoe coniugium et regnum. Minos detestatus puellę facinus, quę patrem prodidisset ac patriam, cuius salus dicitur in purpureo patris capillo consistisse, expugnata Alcathoe in Cretam soluit, puellamque e naui ira appendit, vt mari traheretur, sed cum Cretę appropinquasset, Neptunus in auem Cyrim puellam. Iuppiter patrem Nisum in Alietũ conuertit, q ex aqlarũ generibus ẽ. Cyris appellata est (auctore Ouidio) a coma detonsa, et capillis, Alietus q Cyri dñr. Est auis cristata, quã Alaudulã vocãt. Cyris semp Alietus insequitur odio perpetuo, vt docet Marcus. Damnosas curas, dãnum et mortẽ afferẽtes

Hęc ego, monuit amor gemmatas aureus alas,
Et mihi propositum perfice dixit opus.
Ad mea decepti iuuenes pręcepta venite,
Quos suus ex omni parte fefellit amor.
Discite sanari, per quem didicistis amare,
Vna manus vobis vulnus, opemq; feret.
Terra salutiferas herbas, eademq; nocentes
Nutrit, & vrticę proxima sępe rosa est.
Vulnus Achilleo quę quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.
Sed quęcunq; viris, vobis quoq; dicta puellę,
Credite, diuersis partibus arma damus.
Ex quibus ad vestros si quid non pertinet vsus,
Attamen exemplo multa docere potest.
Vtile propositum est, sęuas extinguere flãmas,
Nec seruum vitijs pectus habere suum.
Vixisset Phyllis, si me foret vsa magistro,
Et per quod nouies, sępius isset iter.
Nec moriens Dido summa vidisset ab arce
Dardanias ventis vela dedisse rates.
Nec dolor armasset cõtra sua viscera matrem,
Quę socij damno sanguinis vlta virum est.
Arte mea Tereus, q̃uis Philomela placeret,
Per facinus fieri non meruisset auis.
Da mihi Pasiphaen, iam tauri ponet amorem,
Da Phędram, Phędrę turpis abibit amor.
Redde Parim nobis, Helenẽ Menelaus habebit,
Nec manibus Danaũ Pergama victa forẽt.

Cur Telephus eadẽ hasta dicitur sanatus

Hasta Achillis

Vbi Tereus facinus perpetrauit

Daulos

Scyllę fabula

Assero
Vindico
Assertor

Rectaq; cum socijs me duce nauis erat, sic I primo de Arte amandi se Tiphym, et nauis magistrum appellauit. Publicus assertor. publicus liberator. Assero.n. verbum est med ũ, sicut vindico. Dicimus enim asserere tam in seruitutem, q̃ in libertatem vindicare, hinc assertor deducit. Liui.li. iij. Claudio clienti negocium dat, vt virginem in seruitutẽ assereret. Vitijs, cupidineis stimulis. Suppressa pectora, mentes calcatas ab amore. Vindictę suę, libertati proprię, a vindicta virga, qua serui a prętore libertate donabant. Tua lau. no. corona ex lauro tibi dicata.

Repertor car. sic Tibullus, Nec psunt Elegi, nec carminis auctor Apollo. Versum enim heroicum (vt Pli. scri.) Pythio oraculo debemus. Quidã Phoemonoẽ apollinis filiam primaz carmen heroicũ cecinisse scribunt. Et medicę opis, et medicinę facultatis, quaz Apollo inuenit. Oui. in Meta. Inuentum medicina meuz est, opiferq; per orbẽ Dicor, et herbaz subiecta potentia nobis. Idem ẽt docet Agathon apud Platonẽ, et Diodorus, cuius verba hęc sunt Apollinẽ citharę eiusq; musicę inuentorẽ ferũt, medicinę insup sciẽtiam diuinandi arte pręceptam, q̃ olim infirmi erant morbos curare solita, primum attulisse. Medenti, remedia amantibus afferenti. Vtraq; cura, et poeticę, et medicinę facultatis. Dum licet, dum non adhuc es nimio amori obnoxius. Et modici motus, moderatus amor. Tangũt precordia motus, sollicitant mẽtem. Quid aũt sunt pcordia docet Pli. his verbis. Exta hoĩ ab inferiore viscerũ parte separant mẽbranis, quę precordia appellant, q cordi pendũtur, quod Gręci appellauerũt phrenas. Si pi. te amare. In primo limine, in primo aditu amoris. Siste pe. ne vlterius procedas. Mala semi. mala

Auctor heroici carminis

Medicinę inuentor

Precordia

Impia si nostros legisset Scylla libellos,
  Hęsisset capiti purpura Nise tuo.
Me duce damnosas homines cõpescite curas,
  Rectaq; cum socijs me duce nauis eat.
Naso legendus erat tunc, cũ didicistis amare,
  Idem nunc vobis Naso legendus erit.
Publicus assertor vitijs suppressa leuabo
  Pectora, vindictę quisq; fauetę suę.
Te precor incipiens, adsit tua laurea nobis,
  Carminis & medicę Phoebe repertor opis.
Et pariter vati, pariter succurre medenti,
  Vtraq; tutelę subdita cura tuę est.
Dum licet, & modici tangũt precordia motus.
  Si piget, in primo limine siste pedem.
Opprime, dũ noua sũt subiti mala semia mor (bi,
  Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nã mora dat vires, teneras mora pcoqt vuas,
  Et validas segetes, quę fuit herba, facit.
Quę prębet latas arbor spatiantibus vmbras,
  Quo posita est primo tempore, virga fuit.
Tũc poterat manibus summa tellure reuelli,
  Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Quale sit id, quod amas celeri circũ spice mẽte,
  Et tua lęsuro subtrahe colla iugo.
Principijs obsta, sero medicina paratur,
  Cum mala per longas conualuere moras.
Sed propera, nec te venturas differ in horas,
  Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Verba dat oĩs amans, repitq; alimẽta morãdo,
  Optima vindictę proxima quęq; dies.
Flumĩa magna vides paruis de fontibus orta.
  Plurima collectis multiplicantur aquis.

principia. Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vuas, amor tardando sumit maiorẽ vim, et magis augetur. Quę prębet latas arbor spatiãtibus vmbras, platanum intelligit, de qua abunde diximus in libris de Arte Amandi. Lęsuro iugo, seruituti amoris nocituro. Qui non est hodie, qui hodie non subtrahit colla iugo lęsuro. Verba dat omnis amans, amãtes oẽs seipsos fallũt differendo amoris remedia. Repetitq; alimenta morando differentes remedia magis alunt amorẽ amantes. Est optima vindictę, est optima ad liberandum se ab amore. Proxima quęq; dies, quia quanto qui celerius iugum amoris ponere festinat, tãto ẽ salubrius sibi consuluit. Flumina magna vides, pbat amorem maiora in dies incrementa suscepisse, nisi amantes celeriter amorem reiecerint. Non rege. vul. cortice Myrrha tuos, mutata .n. fuit Myrrha in arborẽ, posteaq̃ cum patre scelus illud admisit, quod fabulant poetę, vt antea diximus.

Sed q delectat, assignat causam cur amantes non celeriter iuguz amoris reijciant. Cras quoq; fiet idem, cras etiam poterimus ab amore desistere. Tacitę Flammę, occultus amor. Et mala arbor radices alti. agit, nocens amor, quem arbori altas radices figenti comparat poeta. Primi auxilij, q non obstiteris principijs. Maius opus superest, maior est diffĩcultas ferendę opis. Sed non, pollicetur poeta se illi quoq; allaturũ remedia in cuius pectore amor altius insederit. Ordo autem est. Sed ille non erit destituendus mihi, q serior aduocor ęgro. Pęantius heros, Philoctetes, Pęantis filius, a quo Hercules (vt Seruius autem scribit) in Oeta hominem exuens petiuit, ne alicui sui corporis reliquias indicaret, iurareq; coegit, et suas sagittas Hydrę felle tinctas

Philoctetes.

Si cito sensisses quantum peccare parabas,
Non tegeres vultus cortice Myrrha tuos.
Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus,
Dilatum longę damna tulisse morę.
Sed, quia delectat Veneris decerpere flores,
Dicimus assidue: cras quoq; fiet idem.
Interea tacitę serpunt in viscera flammę,
Et mala radices altius arbor agit.
Si tamen auxilii perierunt tempora primi,
Et vetus in capto pectore sedit amor,
Maius opus superest. sed, non quia serior ęgro
Aduocor, ille mihi destituendus erit.
Qua lęsus fuerat, partem Pęantius heros
Debuerat celeri pręsecuisse manu.
Post tamen hic multos sanatus creditur annos,
Supremam bellis imposuisse manum.
Qui mō nascēteis pperabam pellere morbos,
Admoneo tardam nūc quoq; lentus opē.
Aut noua, si possēs, sedare incēdia tentes,
Aut vbi per vires procubuere suas.
Dum furor in cursu est, currenti, cede furori,
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus, ab obliquo qui cum discedere possit,
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Impatiēs animus, nec adhuc tractabilis arte
Respuit, atq; odio verba monentis habet.
Aggrediar melius tum, cum sua vulnera tāgi
Iam sinet, & veris vocibus aptus erit.
Quis matrē nisi mentis inops in funere nati
Flere vetat? non hoc illa monenda loco est.
Cū dederit lachrymas, aīumq; ipleuerit ęgrū,
Ille dolor verbis emoderandus erit.
Tēporibus medicina valet, data tēpore psūt,
Et data non apto tempore, vina nocent.
Quin etiam accendas vitia, irritesq; vetando,
Temporibus si non aggrediare suis.
Ergo, vbi visus eris nostra medicabilis arte,
Fac monitis fugias otia prima meis.

tinctas dedit, et cum responsum fuisset Herculis sagittis opus esse ad expugnandam Troiam, inuentus est Philoctetes, et de Hercule interrogatus, negauit se scire, deinde cum cogeretur, confessus est mortuum, sepulchrumq; ne iusiurandum falleret non voce, sed pede ostendit. Post hęc cum duceretur ab bello, casu in eum pedem quo sepulchrum, ostendit, sagitta cecidit, vulnereq; immedicabili cōfectus est, cuius foetor, cum a Gręcis sustineri non posset in Lemno relictus est, vbi cum pristinę sanitati restitutus esset, ad Troiam reductus est, dicente Vlysse apud Ouidium in tertiodecimo Metamorphoseon, Nec Pęantia lex, quę habet Vulcania Lemnos Esse reus merui, crimen defendite vestrum, Consensistis enim, nec me suasisse negabo, Vt se subtraheret belliq;, viçq; labori, Tentaretq; feros requie lenire labores. Paruit, et viuit.
Supremam bellis imposuisse manum, vltimum finem, nam post excidium Troianum prę pudore noluit in patriam redire, sed in Calabriam venit, vbi Petiliam cōdidit, cuius meminit Maro. Nascentis pperabat pellere morbos, amorem surgentem. Admoneo tardam nunc quoq; lentus opem, ego quoq; in pręsentia, vt Philoctetes lentius sanare veterem amorem instituo, sicut prius recentem sanare properabam. Aut noua si posses, duobus modis amorem debere sanari ostendit, aut cum nouus est, aut cum iam vires perdidit, et fessus est amator, nec vnquam in medio amoris cursu medicinam esse adhibēdam colligit.
Noua incendia, nouum amorem, quem igni

comparant poetę. Vnde in primo de Arte dixit, Flammaq; in argento sępe reperta foro est. Sedare, extinguere. Difficiles aditus impetus omnis habet, causam assignat quare in medio cursu non possit amor sanari. Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte, amatoris animus in medio amore constitutus.
Cum sua vulnera tangi, iam finet, cum iam nimio amore saucius morbum ipse suum profitebitur. Hic autem declarat poeta, quod superius dixerat eo versu, Aut vbi per vires procubuere suas. Erit aptus, videbitur posse sanari. Veris vocibus, non fictis verbis aut querelis. Quis matrem nisi mentis inops in funere nati. Flere vetat, docet exemplo non esse in primo impetu remedium adhibendum, sed cum ille iam est extinctus. Impleuerit, expleuerit lachrymis.
Ille dolor, extincti nati. Emoderandus erit, erit iminuendus. Temporibus medicina valet, medici enim tempora obseruant, vnde ita scri. Seneca, Nihil est in morbis magis periculosum, quam immatura medicina, sicut e contrario nihil salutarius medicina tempestiuiter data. Data tempore pro. vini enim vtilitatem ęquari vix Deorum potentia posse Asclepiades pronunciabat. Vina nocent. nam si febricitanti dent nocebunt. Hęc sunt iucundi, duo sunt amanti contraria ocium, et cibus. Si tollas, si amoueas. Et sine luce faces, faces quibus incensis Cupido vrit amantes. Cedit amor rebus, quia aliquid agendo amor tollitur. Langor et immo dici, exprimit hic eleganter Poeta, quę sunt ea ocia,

quę amatori dixerat nocere. Sub nullo iudice, sub nullo, qui te cogat e stratis surgere. Sunt qui legant sub nullo vindice, hoc est sub nullo, qui liberet a somno amantem. Aleaq;, alea est ludus omnis, qui in fortunę varietate consistit. Martialis. Alea prima nuces, et non damnosa videtur.

consistentes, auctores Plut. et Appianus. Proper. Tela fugacis equi Lucanus, Et missa Parthis post terga sagitta, et Virgi. Fidentemq; fuga Parthum, versisq; sagittis. Horatius l. ij. Epistolarum Parthos mendaces appellat. Bina tropbea, et victis hostibus, et fugato Cupidine. Torphea autem apud Gręcos

Hęc, vt ames, faciunt, hęc, quę fecere, tuentur,
Hęc sunt iucundi causa, cibusq; mali.
Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptęq; iacent, & sine luce faces.
Quã platanus riuo gaudet, q̃ populus vnda,
Et q̃ limosa canna palustris humo,
Tam Venus otia amat, qui finẽ q̃ris amoris,
Cędit amor rebus, res age, tutus eris.
Langor, & immodici sub nullo iudice somni,
Aleaq;, & multo tempora quassa mero,
Eripiunt omnes animo sine vulnere vires,
Affuit incautis insidiosus amor.
Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes,
Da vacuę menti, quo teneatur, opus.
Sunt fora, sunt leges, sunt quos tuearis, amici,
Vade per vrbanę splẽdida castra togę.
Vel tu sanguinei iuuenilia munera Martis
Suscipe, delitię iam tibi terga dabunt.
Ecce fugax Parthus, magni noua cã triũphi,
Iam videt in campis Cęsaris arma sui.
Vince Cupidineas pariter, Parthasq; sagittas,
Et refer ad patrios bina trophea Deos.
Vt semel Aetola Venus est a cuspide lęsa,
Mandat amatori bella gerenda suo.
Queritur Aegisthus qua re sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.
Pugnabant alii tardis apud Ilion armis,
Quo tulerat vires Grecia tota suas.
Siue operam bellis vellet dare, nulla gerebat,
Siue foro, vacuum litibus Argos erat.
Quod potuit, fecit, ne nil ageretur, amauit.
Sic venit ille puer, sic puer ille manet.
Rura quoq; oblectãt animos, studiũq; colẽdi,
Quęlibet huic curę cedere cura potest.
Colla iube domitos oneri supponere tauros,
Sauciet vt duram vomer aduncus humum.
Obrue versata Cerealia semina terra,
Quę tibi cum multo foenore reddat ager.
Aspice curuatos pomorum pondere ramos,
Vt sua, quod peperit, vix ferat arbor onus.
Aspice labentes iucundo murmure riuos.
Aspice tondentes fertile gramen oues.

Alea

Proprie tamen de tesseris dicitur, vnde aleones alea ludentes appellamus.

Aleones

Alea etiã per similitudinem ponitur pro dubitatione, et periculo. Liuius. Nec tam celerem aleam vniuersi certaminis timeas, et Plinius, Extra omnem ingenij aleam positum Ciceronem dixit. et apud Suetonium. C. Cęsarem fortunę et periculis se committentem, dixisse iactã esse aleam legimus, quod incertos ẽ audaces subeuntibus casus vulgo exordium esse solet, vt docet Plutarchus Lucanus, Placet alea fati Alterutrum mersura caput. Tẽpora quassa, caput nimio vino turbans.

Iacta est alea

Amor insidiosus, Cupido, qui insidiatur amantibus. Menti vacuę, animo ocioso. Sunt fora, docet q̃ pacto possit amator se exercendo otia tollere. Splendida castra, forum iudiciale castra ciuilis togę elegantissime appellat poeta. Vel tu sanguineę, vel ad bellum proficiscere. Ecce fugax Parthus, bellum Parthicum designat, quod Tiberius sumpsit Augusti auspiciis, vt in pmo de Arte amandi etiam diximus. Fugaces autem Parthum appellat, quoniam Parthi in fuga solent a tergo sagittas emittere adeo vt fugientes nõ minores hostibus afferant calamitates, q̃

Bellum Parthicũ

fuere arbores amputatę eo i loco, vbi hostes vicissent, atq; in fugam vertissent, arbitrabant enim ramos arborum, ac deinde armis spolysque hosti detractis ornabant, vt esset posteris monumentum victorię partę in eo loco. Dicta autem sunt trophea a τροπη .i. vertere, q̃ qui hostem in fugaz vertisset, trophęum merebatur.

Tropbea

Aetola cuspide, telo Diomedis regis Aetolię, quo ille Venerez vulnerauit, vt ante a diximus. Designat autẽ amantes posse Venerem in prędio vincere, vt olim Dea a Diomede superata est.

Aegisthus

Queritur Aegisthus, ex Pelope, a quo Peloponnesus cognominatus est, natus est Thyestes, qui concubuit cum Europe vxore fratris Atrei, et cum filia Pelopeia incestũ perpetrauit, cuius filius Aegisthus rem habebat cum Clytemnestra, et ambo Agamemnonem occiderunt. Nulla gerebat, nulli Argos bellum īferebat. Quod potuit fecit, cum Aegistbo nihil relinqueretur agendum, amori, quod solum poterat facere, indulsit.

Sic venit ille puer, dum aliquis est ociosus ad eum quam primum accedit Cupido. Quid cum suppositos, docet inter cętera rusticos officia, posse quoq; amatore; nulla ex aliqua,

rijs educere, quo dum hec operatur, aut spectat, obliuiscatur amoris. Solent autem rustici alueariis fumum subijcere, vt inde apes abigant, et exirrahant mella. Virg. Si quando sedem angustam, seruataq; mella Thesauris relines, prius haustus sparsus aquarum Ore fouе, fumosq; manu pretende sequaces. et Pli. Cum eximuntur mella, apes abigi fumo vtilissimum, ne irascantur, aut ipse auide vorēt, fumo crebriore etiā ignauia earum excitatur. Dempti faui, extracti mellis. Sunt aūt faui cereę tabellę in quarum cellulis apes mel recondunt, et eos Dijs offerri solitos scribit Varro in .iij. Apes aūt (vt docet Pli.) primū fauos construunt, cerā fingūt, hoc ē domos, cellasq; faciūt, deinde sobolē, postea mella, cerā ex floribus, Melliginē e lachrymis arborū, q̄ glutinū parsunt salicis, vlmi, arūdinis succo, gūmi, resina, his primū alueum ipm intus totū, vt quodā tectorio illinūt et alijs amarioribus succis cōtra aliarū bestiarū auiditates. Viminacurua, aluearia ex viminibus intexta fuit. n. aut ex cauatis corticibus, aut ex textis viminibus. Virgi. Ipsa aūt seu corticibus tibi suta cauatis, Seu lento fuerint aluearia vimine texta Angustos habeāt aditus. Defectas herbas, frumēta intellige. Vertit humū, terrā trahit nā arationē (vt Plin. docet) occatio seqt̄, vbi res poscit crate, vel rastro, et sato semine iteratio, alij legunt verrit humum, hoc est arat. Raro pe. rastro. Venerit insitio, cum aderit vernum inserendi tempus. Cato enim insiteri fcipit pyra, ac mala p uer, et post solstitium olei bus. l. post vindemiam. Oleas autem, et ficos per ver tantum, Luna sitiente, hoc est sicca. Preterea post meridiem ac sine vento Austro, Inserendi autem modos duos posuit Maro, Columella tres, postremo etiam quartum addidit a se inuentum De insitione autem plura legito apud Plinium li. xvii.

Quomodo eximū tur mella

Luna sitiente

Faui

Ecce petunt rupes, prçruptaq; saxa capellę,
 Vt referant hędis vbera plena suis
Pastor inęquali modulatur arundine carmen,
 Nec desunt comites, sedula turba, canes.
Parte sonant alia siluę mugitibus altę,
 Et queritur vitulum mater abesse suum.
Quid cum suppositos fugiunt examina fumos
 Vt releuent dempti vimina curua faui?
Poma dat autūnus, formosa ē messibus ęstas,
 Ver prębet flores, igne leuatur hyems
Temporibus certis maturas rusticus vuas
 Colligit, et nudo sub pede musta fluunt.
Temporibus certis defectas alligat herbas,
 Et tonsam raro pectine vertit humum
Ipse potes riguis plantam defigere in hortis,
 Ipse potes riuos ducere lenis aquę.
Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet,
 Stetq; peregrinis arbor operta comis.
Cum semel hęc animū cępit mulcere voluptas
 Debilibus pennis irritus exit amor.
Vel tu venandi studium cole, sępe recessit
 Turpiter a Phębi victa sorore Venus.
Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci,
 Nunc tua frondosis retia tende iugis.
Aut pauidos terre varia formidine ceruos,
 Aut cadat aduersa cuspide fossus aper.
Nocte fatigatum somnus, non curā puellę
 Excipit, et dulci membra quiete leuat.
Lenius est studium, prodest tamen, alite capta,
 Aut lino, aut calamis, pręmia parua sequi.
Vel, quę piscis edax auido male deuoret ore,
 Abdere supremis ęra recurua cibis.
Aut his, aut alijs, donec dediscis amare,
 Ipse tibi furtim decipiendus eris.
Tu tamen quāuis firmis retinebere vinclis,
 I procul, et longas carpere perge vias.
Flebis, occurret desertę nomen amicę,
 Stabit et in media pes tibi sępe via.
Sed quāto minus ire voles, magis ire memēto
 Perfer, et inuitos currere coge pedes.
Nec pluuias opta, nec te peregrina morentur
 Sabbata, nec damnis alea nata tuis.

Aluearia

Quādo ē īserēdū.

Fac ramum ramus adoptet, tangit duos illos modos inserendi, quos Maro posuit, nam aut insitio dicitur, cum inciso trunco surculus foecundę arboris sterili inseritur, aut oculorum impositio cum inciso cortice libro alienę arboris germen inserimus. Plinius tamē inoculationem aliter fieri ostendit. Peregrinis comis, folijs alienę arboris. Nam cerasus ī salice. Platanus ī lauro, laurus in ceraso nascuntur. Comas autem pro frondibus eleganter posuit poetę, quę sunt crines arborum, vnde a Papinio crinitur arbos pro frondescit dictum est. Voluptas, agriculturę. A Phębi sorore, a Diana, quę est venatoris Dea. Nocte fatigatum somnus cum hęc fecerit amator, somni erit cupidus, non amicę. Leuat membra, fouet corpus. Dulci quiete, dulci somno. Aut lino, aut retibus. Aut calamis, aut sagittis. Propertius. Et stricto figere auem calamo, aut calamum aucupatorium intelligit, quo viscato aues capiuntur. Martia. Pallida dum tacita crescit arundo manu. Auceps enim surgēs paulatim calamos eleuabat, et eos auibus fu

Inserēdi modi

Insitio

Inocula tio

Come p frōdibus

Crinitur arbus

Calamus aucupatorius

Nec quot trāsieris, ſed quot tibi quęre ſuperſint
Millia, nec, maneas vt prope, finge moras.
Tēpora nec numera, nec crebro reſpice Romā
Sȝ fuge, tutus adhuc Parthus ab hoſte fuga ē
Dura aliqˀ pręcepta vocet mea, dura fatemur
Eſſe, ſed vt valeas, multa dolenda feres.
Sępe bibi ſuccos, quamuis inuitus, amaros
Aeger, ⁊ oranti menſa negata mihi eſt.
Vt corpus redimas, ferrum patiaris, et ignes,
Arida nec ſitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hęc corpore maius habet.
Sed tamen eſt artis triſtiſſima ianua noſtrę,
Et labor eſt vnus tempora prima pati.
Aſpicis, vt prenſos urant iuga prima iuuēcos?
Et noua velocem cingula lędat equum?
Forſitan a laribus patriis exire pigebit,
Sed tamen exibis, deinde redire voles,
Nec te lar patrius, ſed amor reuocabit amicę,
Prętendens culpę ſpendida verba tuę.
Cum ſemel exieris, centum ſolatia curę
Et rus, et comites, et via longa dabunt.
Nec ſatis eſſe putes diſcedere, lentus abeſto,
Dum perdat vires, ſitq; ſine igne cinis.
Qui niſi firmata properabis mente reuerti,
Inferet arma tibi ſęua rebellis amor.
Quicquid eras, fueris, ſitiens, auidusq; redibis,
Et ſpatium damno ceſſerit omne tuo.
Fallitur, Hemonię ſiquis mala pabula terrę,
Et magicas artes poſſe iuuare putat.

diſcebat. Silius, Sublimen calamo ſequitur creſcen te volucrem. Vel quę piſcis edax, eſcam illam dicit, qua hamo affixa piſces capiuntur. Aera recurua, hamos intellige. Tu tamen et quamuis, docet etiam longius ab amica diſcedendum eſſe. Nec te peregrina morentur Sabbata, Sabbati enim diem aliquo profecturi, tanquam atrū et perniciosum propter frigidum, et nocens Saturni sydus maxime verentur, et infelix exiſtimant. Tibullus, Saturni ſacram me tenuiſſe diem. Peregrinam autem ideo appellat, quia peregrini iudęi eum diem in primis obſeruant, vt ante diximus. Alea nata, ſortes, quę alea iaciebantur, cū aliquo proficiſcendum erat, de quibus intellexit Tibul. eo carmine. Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi Rettulit e triuijs omnia certa puer. legitur etiam Alia nota ſuis. Tuis damnis, quia alea, ſomnus, et otium, quibus dedit operā amator, animos eneruant, et amorem nutriunt, vt ſuperius docuit poeta. Nec prope finge moras, nec prope patriam finge velle morari. Menſa negata mihi eſt, cibus eſt mihi negatus. Pars hęc, animum intelli ge. Sed tamen eſt artis, oſtendit maiorem difficultatem remedij eſſe in prima ſtatim curatione. Prenſos iuuencos, aratro ſubditos. Prętendens, demonſtrans. Splendida verba, ornatas cauſas tui reditus. Centum ſolatia curę, ordo eſt, Et rus et comites, et via longa dabunt centum ſolatia curę, ideſt amori. Lentus abeſto, diu abſis ab vrbe. Cinis, amor. Firmata mente, ſtabili mente, et quę amorem poſuerit. Amor rebellis, amor qui in te renouat arma. Rebellis enim proprie eſt, qui facta pace bellum renouat. Mala pabula, herbas nocentes. Hemonię terrę, terrę Theſſalię, vbi ars magica olim floruit, vt Apuleius

Sabbatū obſeruāt aliquo ꝓfecturi

Sortes iaciebāt aliquo ꝓfecturi

Rebellis

oſtendit, et Pli. In Theſſalia autem fuiſſe herbas veneficiis aptas docet Ouidius in. vi. Metamorphoſeon. Iſta veneficii vetus eſt via, via hęc magicę vanitatis propria eſt. Innocuam opem, auxilium, quod nulli nocet, vt veneficia, q̄ Propertius toxica Theſſalię appellat. Non tumulo, non ſepulchris. Magi enim cadauera faciebant reuiuiſcere, et ex ſepulchris exire, vt de Herichtho legitur apud Lucanum in. vi. Nō anus, non ſaga, et veneficā mulier. Carmine, incantatione. Rūpet humū, terras findet. Tibullus, Hęc cātu finditq; ſolum, maneſq; ſepulchris Elicit. et Ouidi. in Amoribus, Euocat antiquos proauos atauoſq; ſepulchris. Et ſolidā lōgo carmine findit humū. Nō ſeges ex aliis, docent Cicero, Plinius, ⁊ Seneca, meſſes in agros traduci poſſe magicis preſtigiis, vn̄ l. xij. tabulis cautū erat ne quis alienā ſegetē pellicerent. Virgil. Atq; ſatas alio vidi traducere meſſes. Nec ſubito Phębi, non palleſcet Sol me duce, quod a magis fieri ſolet, vt in de Hypſiphile ⁊ Medea ita inquit, Illa reluctantē curſu deducere Lunam Nititur, et tenebris abdere Solis eqˀs. Vt Solet ęquoreas, Tybris curſu ſolito in mare deſcendet, non autem retro, quod magi faciebant. Lucanus, Amniſque cucurrit. Non qua pronus erat, et in. vij. Metamor Quorum ope cum volui ripis mirantibus amnes in fontes rediere ſuos. Tybrim autem pro quocunq; poſuit flumine. In niueis Luna vehetur equis, per me etiam Luna non deducetur e cęlo magico carmine, quod fieri poſſe docet Maro eo verſu, Carmina vel cęlo poſſunt deducere Lunam. et Tibullus, Cantus et e cęlo deducere lumina tentat, Et faceret, ſi non era repulſa ſonent. Curas recantatas, amores magicis carminibus repreſſos. Viuo ſulfure, id ſacrum intelligit, quo adhibito ſulfure, ouo, et tęda luſtrabantur

Magicę artis pręſtigia

amantes

sulfur et tius gr̃ia

amantes. Tibullus. Et me lustrauit tedis, et nocte se rena. Sulfur autem in terrę generibus ponit a Plinio, habetq; in religionibus locũ ad expiãdas suffitu domos. Eius genera quatuor sunt, inter quę est vhiuum, quod Gręci Apyron vocant, nascitur solidum, eo solo ex omnibus generibus medici vtuntur; cętera eniz liquore constant, et conficiunt oleo incocta. Viuum autem effodit, transluceatq;, et viret.

mines in mille figuras; Circe enim deformabat homines in mille figuras animalium, vt in septimo docet Virgilius. Quod ideo fictum putauit Seruius, quoniam ea meretrix fuit, quę sua libidine, et blanditijs homines in ferinam vitam ab humana deducebat, vt libidini, et voluptatibus operam darent.

cris I cabria Pix Naritia

Circe homines mutabat in feras

Ista venefici) vetus est via, noster Apollo
Innocuas sacro carmine monstrat opem.
Me duce nõ tumulo ꝓdire iubebitur vmbra;
Non anus ĩsano carmine rumpet humũ.
Non seges ex alijs alios transibit in agros,
Nec subito Phębi pallidus orbis erit.
Vt solet, ęquoreas ibit Tyberinus in vndas,
Vt solet, in niueis Luna vehetur equis.
Nulla recantatas deponent pectora curas,
Nec fugiet viuo sulfure victus amor.
Quid te Phasiacę iuuerunt gramina terrę,
Cũ cu[illegible] patria Colchi manere domo?
Quid tibi profuerint Circe Perseides herbę?
Cum tibi Neritias abstulit aura rates?
Omnia fecisti, ne callidus hospes abiret,
Ille dedit certę lintea plena fugę.
Omnia fecisti, ne ferus vreret ignis,
Longus at inuicto pectore sedit amor.
Vertere quę poteras homines ĩ mille figuras?
Non poteras animi vertere iura tui.
Diceris his etiam, cum iam discedere vellet,
Dulichium verbis detinuisse ducem.
Non ego, qđ primũ (memini) sperare solebã,
Iam precor, vt coniux tu meus esse velis.
Et tamẽ, vt coniux essem tua, digna videbar,
Quod Dea, quod magni filia Solis eram.
Ne properes oro, spatium pro munere posco,
Quid minus optari per mea vota potest?
Et freta mota vides, et debes illa timere,
Vtilior velis postmodo ventus erit.
Quę tibi cã fugiẽ nõ hic noua Troia resurgit,
Non aliquis socios rursus ad arma vocat.
Hic amor, hic pax ẽ, ĩ q̃ male vulneror vna,
Totaq; sub regno terra futura tuo est.
Illa loquebatur, nauem soluebat Vlysses,
Irrita cum velis verba tulere Noti.

Terrę Phasiacę, Colchon insulã designat a flumine qui Phasis appellatur dictã, Medeam autem dicit, q̃ relicta patria Iasonez sequuta est. Quid tibi profuerunt, docet exẽplis amori minime prodesse veneficia.

Perseides herbę

Perseides herbę, herbę veneficę, sic dictę a Persa nympha Oceani filia, ex qua Sol genuit Circez, vel a Perse, nam Sol ex Persa duos filios habuit, Aeetam, et Persen, ex Perse nata est Hecate, quę cum patrem veneno assumpsisset, nupsit Aeetę patruo, tresq; liberos sustulit, Circem, Medeam, et Aegialeum, auctor Diodorus. Neritias rates, naues Vlyssis.

Neritus

Neritias vero non Naritias legendum est. Est autez Neritus (vt in lib. x. docet Strabo) mons frõdosus in insula Ithaca, quam tenuit Vlysses.

Neritum

Est etiam Neritũ bene munitum oppidulum continẽti in Epiri littore e regiõe Ithacę, ac Cephalenię,

Leucas

quod Leucas quoque appellatum fuit, idq; olim cepit Laertes. De quo intellexit Maro eo versu, Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis.

Naritia

Naritia vero fuit vrbs Locridis, de qua Virgilius, Hic et Naritij posuerunt m[illegible] Locri, a qua cogno[illegible]nata [illegible] Naritia vrbs Calabrię, quę etiam Locris [illegible], a qua pix Naritia celebratur a Virgilio.

Naritia vel Lo.

Ferus ignis, durus amor.

Iura dui animi, potestates, dicę mentis, quę erat amori obnoxia. Dulichium ducem, Vlyssem sic appellatum a Dulichio insula, vna ex Echinadibus, a qua Virgilius etiam naues Dulichias appellauit. Quod magni filia solis eram, Maro quoque eam Solis filiam fuisse dicit, quod ideo fictum putauit Seruius, quonias Circe clarissima fuit meretrix, et nihil est Sole clarius. Noua Troia resurgit, vt bellum timeas.

Circe Solis filia

Non aliquis socios, nullus coniurat contra nos. Male vulneror, nimio amore angor. Ad assuetas artes, ad artes magicas. Si te causa potens, docet quid sit agendum ab amatore, si nolit vrbem relinquere. Optimus vindex, optimus defensor, et liberator. Qui rupit, qui potuit soluere. Lędentia pectus Vincula, amorem mentem amatoris torquentem. Dedoluitque semel, semel amoris impatientiam, et dolorem abiecit. Est enim dedolere, quod dolebam abijcere, sicut dedidiscere. Et velles, dedidiscere. Sub titulum, sub inscriptionem vendita iuris. Videtur autem sumptum hoc ex duobus illis Tibulli versibus. Quin etiam sedes iubeat si vendere auitas, Ite sub imperium, sub titulumq; lares. Nostros lares, nostram domum. Institor, mercator. Habet noctes, habet coitus ab ea. Marcescant, putrefiãt,

Sub titulum aliquid mittere

et senescant. Podalirius, optimus aliquis medicus, vt fuit Podalirius Aesculapij filius. Aeger, amore captus. Proprijs herbis, meis preceptis. Et mala sunt vicina bonis, q̄ que mala sunt, pn̄t & laudari. Pro vitio, loco turpitudinis. Virtus, boni. Breui limite breuia trāsciūdo de virtute ad vitium.

of. Martialis, Pectore cū sacro sederit egis erit. Hic āt gēmas, qbus tegunt̄ foemine egida appellat Ouidius, q̄ illę defendant deformitatē his ornamentis, vt egis pectus tuetur. Diues amor, diues puella. Improuisus adest, puellam improuiso adeas. antequam ornetur.

Ardet, & assuetas Circe tendebat ad artes,
Nec tamen est illis attenuatus amor.
Ergo quisqs opem nostra tibi poscis ab arte,
Deme veneficijs, carminibusq; fidem.
Si te causa potens dominę retinebit in vrbe,
Accipe consilium quod sit in vrbe meum.
Optimus ille fuit vindex lędentia pectus
Vincula qui rupit, dedoluitq; semel.
Sed, cui tantus animi est, illū mirabor & ipse;
Et dicam, monitis non eget iste meis.
Tu mihi, qui qd̄ amas, ęgre dediscis amare,
Nec potes, & velles posse, docendus eris.
Sepe refer tecum sceleratę facta puellę,
Et pone ante oculos omnia damna tuos.
Illud, & illd̄ habet, nec ea contenta rapina est,
Sub titulum nostros misit auara lares.
Sic mihi iurauit, sic me iurata fefellit,
Ante suas quoties passa iacere fores.
Diligit ipsa alios, a me fastidit amari,
Institor heu noctes, q̄s mihi non dat, habet.
Hęc tibe per totos marcescant omnia sensus,
Hęc refer, hinc odij semina quęre tui.
Atq; vtinam posses etiam facundus in illis
Esse, dole tantum, sponte disertus eris.
Heserat in quadam nuper mea cura puella,
Conueniens animo non erat illa meo.
Curabar proprijs ęger Podalirius herbis,
Et (fateor) medicus turpiter ęger eram.
Profuit assidue vitijs insistere amicę,
Idq; mihi factum sepe salubre fuit.
Quam mala dicebā nostrę sunt crura puellę,
Nec tamen, vt verum confiteamur, erant.
Brachia q̄ non sunt nostrę formosa puellę,
Nec tamen, vt verum confiteamur, erant.
Quā breuis ē, nec erat, q̄ multū poscit amātē,
Hinc odio venit maxima causa meo.

Petulans — Et poterit dici petulans, inuerecūda poterit appellari. Cicero, Nam q̄ insitata rabie petulanter in vxorem, filiamque meam inuasisti. & alibi, Desine bonos petulantissima insectari lingua. Que ru. non

Vrbanus — est, q̄ est vrbana. Vrbanus. n. est (vt Cato voluit) cuius multa bene dicta, responsaq; erūt, et q in sermōibus, circulis, conuiuijs, item in concionibus, ol' deni q; loco ridicule, commodeq; dicet. Fabius

Vrbanitas — vrbanitatem appellat, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum neq; sensu, neque verbis, neq; ore, gustuue possit deprehēdi. Siqua proba est, si qua est bona, non petulans. Blandis sonis, blandis verbis. Barbara sermone est, si dure atq; aspere loquitur. Fascia. n. t. nulla fascia pectus astringat. Oē pa Pectus hn̄t, si hz lgētes māmas. Iuuenalis. Tunc nuda papillis cōstitit auratis. Mollibus ē oculis, si hz oculos molles, et ad flendum faciles. Cū se non finxerit vlli, cum nondū se fucauerit, aut gemmis ornauerit, vt alicui placeat. Auferimur cultu, auro et gēmis placent puelle, q̄ forma. Quod ames, puellā intellige. Inter tā

Inermen, inornatam. Excidet, ab animo tuo amouebit. Suis vitijs, sua turpitudine. Composita venenis, fucum intelligit, quo mulieres faciem venustant, de qbus abūde diximus in libris de arte amādi. Oesopa lapsa, Oesopa in sinum cadentia. Quid āt sint Oesopa dictus est super eo versu, Oesopa qd̄ redolent, quamuis mittātur Athenis. Illa dias redolent Phineu,

Phinei fabula — Phineus rex fuit Arcadię, qui filios occecauit, cuius vindictā, illum quoq; Dij oculis priuarunt, dapibus nō poterat vesci, nam admotę harpię mensis, eas ventris proluuio foedabant. Fabulā habes apud Ouidium in Metamorphoseon, et Diodorum in quinto.

Nausea — Nausea, vomendi appetitus, a naui dictus, q̄ is excitari nauigantibus facile solet. Nunc tibi quę medio, docet etiā ex coitu posse causam odij inuenire amatorem. Omni parte, non modo ex alijs vitijs, quę narrauit, verum ēt ex coitu. Nuper enis nostros, causam assignat, cur nolit dicere ea corporis vitia. Est proterua, est lasciua, et inuerecunda. Ingeniū magni liuor detrectat H[illegible]ri, tāgit Oui[illegible]riam.

aegis — multa, inter tot ornamēta. Hac egide, egis (vt in vlij Ser. scri.) est munimentum pectoris ereū hns in medio Gorgonis caput, qd munimētū si in pectore numinis fuerit egis vocat. si in pectore hois,

Lorica — sicut in antiqs imperatorum statuis videmus, lorica

quam Vitruuius libro. vij. de architectura refert, ea talis est. Cum Zoilus libros in Hom[illegible] com posuisset, Alexandrię eos recitauit Pto[illegible] regi, cui nullum ille dedit respon[illegible] immerito culpari videret. Is postea ad egesta[illegible] compulsus, regem adijt rogans, vt sibi a[illegible]quid da

vt iuberet, tū vex tū ill. Homerus, q añ annos mille decessit, quo ꝑcio tot millia hominum pascit, q̄re tu quoq; debes, q meliori ingenio es pditus, nō mō vnū, sed et plures alere posse; accusatus deinde Zoilus parricidii cruci affixus ē. Hic ergo cū esset Homeri obtrectator adoptauit sibi hoc cognomē, vt Homero mastix vocaretur, qd verbū apud Grecos flagellū significat, et inde factū est, vt oēs huiusmōi doctorū virorū calūniatores Homeromasticas appellemus. Plin. Vt obiter caueā istos Homeromasticas. Gellius scri quendā librū scripsisse aduersus Ciceronē, & infando titulo eū inscriptus Ciceromastix. Ostendēs igit Ouid. precellētissimū quēq; poetarum nō posse malignitatis dentes, et liuorē effugere dicit Zoilū inuidie stimulus verbis petulantissimis in Homerū scripsisse, a qua detrectatiōe Zoilus nomē inuenit, vt Homeromastix cognominaret. Et tua sacrilege Maronem dicit, q elegātissime cecinit aduentū Ænee in Italiā, quo penates attulit, quos ex incendio Troiano eripuerat, sed tñ clarissimus poeta nō caruit detrectatoribus, vt Seruius docet. Nostra licentia, scribēdi auctoritas. Pede Meonio, versu heroico, quali vsus est Homerus. Grande sonāt Tragici, q de regibus loquunt. Tragicos decet ira cothurnos, tristitia tragedie ꝓpriū ē, vlq; Euripi. petēte A[illegible]lao rege, vt de [illegible] Tragediā scriberet, abnuit, ac precatus est [illegible] ne tristitia accideret. Archi[illegible] Tragedie augd Tragocdi pro peculiaris [illegible], in ea n. luct[illegible] exilia, cedes, itē ꝯiune-

tur. Horati. Ire Thyesten exitio graui strauere. Versibus e medijs, e mediocri dicēdi genere, et rebus, ac ꝑsonis ꝯuenientr. Est. n. Comedia priuate, ciuilisq; fortune sine periculo vite cōpre hēsio. Soccus habuerit, soccū p comico stilo posuit, vt supra cothurnū p Tragico. Horatius in Epistolis, Quā nō astricto ꝑcurrat pulpita socco. Est autem soccus calciamenti genus, quo vtebantur Comedi, sicut Tragedi cothurno. Horatius, Hunc socci cepere pedem, grandesq; cothurni. De Comedia autem, et Tragedia multa Donatus et Diomedes. Liber in aduersos hostes, Iambicum carmen est maledicum, a Iambo pede sic appellatum. Primo enim sex iambis compositum est, mox Spōdeum omnibus in locis recepit, preterq̄ in secundo, et quarto loco, vt in arte poetica docuit Horatius. Huius carminis (vt Diomedes refert) ꝑcipui scriptores fuere apud Grecos, Archilochus, et Hipponax, apud Romanos vero Lucilius, Catullus, et Horatius Bibaculus. Iābū autem ideo liberū appellat, quoniam est expeditus, et celer. Horatius, Sillaba longa breui subiecta vocatur Iambus Pes citus. Vel certe liberum, q qui in quempiam inuehuntur libere scribunt, nulla habita eius ratione. Extremum seu trahat Hi le pedem, duplicem Iambicum versum designat, scilicet rectum Iambicum, et Coliambum, vel Scazonta hoc est claudicantem. Rectus enim Iambus habet in vl

Comedia

Soccus
Cothurnus
Iābicum carmen

Iābicus versus duplex
Rectus Iābicus

Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo
 Pro vitio virtus crimina sepe tulit.
Quam potes in peius dotes deflecte puelle,
 Iudiciumq; breui limite falle tuum.
Turgida, si plena est, si fusca ē, nigra vocetur,
 In gracili, macies crimen habere potest,
Et poterit dici petulans, que rustica non est,
 Et poterit dici rustica, si qua proba est.
Quin etiam, quacunq; caret tua dote puella,
 Hanc moneat, blandis vsq; precare sonis.
Exige, quod cantet, si qua est sine voce puella,
 Fac saltet, nescit si qua mouere pedem.
Barbara sermone est, fac tecum multa loquat.
 Non didicit chordas tangere, posce lyram.
Durius incedit, fac vt ambulet, omne papille
 Pectus habent, vitium fascia nulla tegat.
Si male dentata est, narra, quod rideat illa,
 Mollibus est oculis, quod fleat illa, refer.
Proderit & subito, cum se non finxerit vlli,
 Ad dominam celeres mane tulisse gradus.
Auferimur cultu, gemmis, auroq; teguntur
 Omnia, pars minima est ipsa puella sui.
Sepe, vbi sit, quod ames, inter tā multa requiras
 Decipit hac oculos egide diues amor.
Improuisus ades, deprendes tutus inermem,
 Infelix vitiis excidet illa suis.
Nō tñ huic nimium precepto credere tutū est,
 Fallit enim multos forma sine arte decens.
Tū quoq;, cōpositis sua cum linit ora venenis,
 Ad domine vultus, nec pudor obstet, eas.
Pyxidas inuenies, et rerum mille colores,
 Et fluere in tepidos Oesypa lapsa sinus.
Illa tuas redolent Phineu medicamina mēsas.
 Non semel est stomacho nausea facta meo.
Nūc tibi, que medio Veneris prestemus ī vsu,
 Eloquar, ex omni est parte fugādus amor.
Multa qdē ex illis pudor est mihi dicere, sed tu
 Ingenio verbis concipe plura meis.
Nuper enim nostros quidam carpsere libellos,
 Quorum censura musa proterua mea est.
Dūmodo sic [illegible], dū toto canter in orbe,
 Qui volet, impugnet vnus, & alter opus.

tima sede Iābū, Pyrrichiū ve, in antepenultima cū ctos accipit pedes, quia mō sit capax circa syllabaꝝ q̄ntitates īdifferēs. Scazō vo hoc vno a recto Iābico distat, q clausulā postulat spōdaicā, vel trochaicā, penultima āt sede spōdęū recipit, vel Iābū, ābo aūt versus trimetri appellāt. cōstāt.n. ex sex pedibus, sūt q; vtriq; ad maledicētiā facti. Per celeres ē pedē, rectū iābicū, per extremū vo claudicātē, et Scazōta intelligito. Blanda Elegeia, Elegeia ē carmē cōpositū hexametro versu pētametroq; ad inuicē positis, vt Diomedes scri. Quod genus carminis apud Rōanos pcipue scripserūt Propertius Tibullus, ē Catullus, imitati Gręcos Callimachū, ē Euphorionē. Dicta ē āt Elegeia siue παρατο ευλεγειν τους τεθνεωτας. Fere.n. defunctorū laudes hoc carmine cōprehēdebāt, siue αποτουελεειν i. miseratiōe, q Tyrenus Gręci q̄ ελεγειον isto metro scriptitauerunt, cui opinioi ꝯsentire vr Horatius, Elegos miserabiles appellās. Ouid. in Amoribus, Flebilis heu męstos Elegeia solue capillos Ah nimis ex vo nūc tibi nomen hēs. Mox ad res lętas, amoresq; vsurpari cępta est, vnde eā blādā appellat poeta. Horatius, Versibus īpariter iunctis q̄rimōia primū, Post et īclusa est voti sētētia cōpos. De auctore Elegiaci carminis grāmatici certāt, et adhuc sub iudice lis ē. Amores pharetratos, Cupidines, q pharetra vtunē. Leuis ami. mutabilis puella. Callimachi nūeris, versibus Elegis, ī qbus scribēdis Callimachus primas obtinuit, vt docet Quīn. Achillis, fortiū gesta, vt fuit Achilles. Cydippe, amica Acōtij, hoc ē mā mollis et lasciua. Tui oris, tui carminis, et cātus. Homerus.n. viroꝝ fortiū facta cecinit, nō aūt amatoria. Andromaches, pudicissimę fœminę, vt fuit Androma

Scazon

Elegeia

Callimachus

Ingenium magni liuor detrectat Homeri,
Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes.
Et tua sacrilegę laniarunt carmina linguę,
Pertulit huc victos quo duce Troia Deos.
Summa petit liuor, perflant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis
At tu quicunq; es, quē nostra licentia lędit,
Si sapis, ad numeros exige quęq; suos.
Fortia Męonia gaudent pede bella referri,
Deliciis illic quis locus esse potest?
Grāde sonāt magici, tragicos decet ira cothurnos,
Versibus e medius soccus habendus erit.
Liber in aduersos hostes stringatur Iambus,
Seu celer, extremum seu trahat ille pedem.
Blāda pharetratos Elegeia cantet amores,
Et leuis arbitrio ludat amica suo.
Callimachi numeris non est dicendus Achilles
Cydippe non est oris Homere tui.
Quis feret Andromaches pagētē Thaida ptes?
Peccat, in Andromache Thaida si quis agat.
Thais in arte mea est, lasciuia libera nostra est,
Nil mihi cum nupta est, Thais ī arte mea ē
Si mea materię respondet musa iocosę,
Vicimus, & falsi criminis acta rea est.
Rūpere liuor edax, magnū iā nomē habemus,
Maluerit, tantum, quo pede cępit, eat.
Sed nimiū pperas, viuam modo, plura dolebis
Et capiēt anni carmina multa mei.
Nam iuuat, & studiū famę mihi crescit honore
Principio diui noster anhelat equus.
Tantum se nobis Elegi debere fatentur,
Quantum Virgilio nobile debet opus.

Publij Ouidii Nasonis de Remedio Amoris
Liber primus explicit.

che vxor Hectoris. Thaida, meretricē. Sigs agat, sigs repsentat, et loq faciat ī casta fœmina mulierē īpudicā. Thais ī arte mea ē, res meretricię tractātur ī meis libris, q̄s p Thaide intelligit. Fuit āt Thais scortū nobilissimū, cui oēs meretricias Veneres ꝯcessit Menāder. Marti. Hęc primū iuuenē lasciuos lusit amores, Hęc Glycere pueri Thais amica fuit. et Propertius, Turba Menādreę fuerat nec Thaidos olī Tāta ī q̄ pp̄ls lusit Ericthonius. Menāder fabulā fecit, q Thaida īscripsit, ē pplo Atheniēsi recitauit, hic Eunuchū fecit Terētius. Est libera, nulli amori est obnoxia. Nil mihi cū nupta, nō scribo d pudicissimis fœminis, aut nō doceo nuptā violari. legit ēt victa. Si mea mātę, colligit se res iocosas, et lasciuas, lasciuoit carmine cōpositas scripsisse ꝯ eoꝝ opiniōes q dicebāt poetę nimiā ꝑtinatē. Vicimus, superauimus inuidos. Acta rea ē, agens reū Agere ē reū accusare; pagere reum vo reū ꝯdēnare. Si Peragere reum nimiū pperas, nimiū festinas inuidēdo. Studiū famę, laudis amor, q̄ ꝯsequor ex carminibus meis. Crescit mihi honore, honor enim alit artes, oēsq; incēdunt ad studiū gloria, vt ī Tusculanis docet Cicero. valerius ēt Maximus īqt, Nā et virtutis vberrimū alimētū [illegible] e honor. et p Archia [illegible]. Cicero Virtus [illegible] cedē gloriā cē. [illegible] n cipio diui, in a [illegible], et primordio [illegible] comparandi [illegible] nulla est [illegible] cultas, vel certe dicit se nissum velle pr [illegible] nis imponere [illegible] sī aū fu [illegible] ta similitu [illegible] ab equo diuum ascenderit. Tantum se nobis [illegible] verecūde poeta se in Elegis primas tenere, [illegible] M [illegible] heroico carmine apd Latinos [illegible] ticipatu obtinuit.

Thais

Agere reum

Peragere reum

FINIS.

BARTHOLOMEI MERVLÆ ENARrationes in vltimum de Remedio Amoris volumen.

HActenus inuidię respondimus. Postea quam calumniatoribus et inuidis superius satis superque respondit Ouidius, frustraque ab his falso se accusatum fuisse docuit, nunc seipsum hortatur, vt inceptus opus ad calcem deducat. Attrahe lora, reprime cursum tuũ, nec vlterius respondeas maliuolis. Curre tuo gyro, tuam materiam, et opus exequere. Multa iuuant, plura puellę vitia simul notata reddent tibi eam inuisam, quod vnum tantummodo non fallet. Parua necat morsu, viperę exemplo docet minimum quodque vitium posse amicam tibi in odium adducere. Sed quia sunt totidem, dicit non posset vitia omnia notare propter morum varietatem, nam alij rem quampiam laudabunt, quam vituperabunt alij. Ludi, ns, deridetis hęc, vel me amatores, quod hęc dici possint vobis amicam infestã reddere. O si quos poterunt ista monere, si hęc, quę dixi poterunt vos ab amica amonere, legitur et iuuare, quod etiam placet. Tepidę faces, mediocris et segnis amor. Afflarunt vestra [illegible], hęsit mente vestigę ex quo designat [illegible] tula esse, quę di[illegible] et quibus tamen v[illegible]us q[illegible] mediocri amore saucius possit ac debeat moneri, nę postmodum: Cupido in eum acrius arcum intendat. Contentos arcus, intentos et paratos ad iaculandum, a verbo contendo. Virgilius. Actius hęc cernens arcum intendebat Apollo. Maiorem opem, quia difficilior erit curatio, cum vos acrius vsserit Cupido. Puella reddente obscęna, puella ventrem exonerãte, vel mẽstrua emittente. Vt prosint, quamuis iuuẽt. Nõ sunt experienda tamen, nõ tamen agẽda sunt propter turpitudinem. Subducto stipite, amoris ignis. Ceratas puppes, naues vel pice, vel cera illitas. At tibi qui fueras, docet ab eo, qui vni tantũ puellę addictus fuerat, alteram quoque inueniendã esse, quo prior amor ab altero vincatur. Pasiphaes Minos in Plotide perdidit ignes, in exemplaribus olbus, quę legi in Progride scriptum animaduerti, cum in Plo- Plotis
tide legendum sit. nympha
Fuit enim Plotis mulier formosa, quam amauit Minos relicta Pasiphae, quę ea causa postea facta ẽ meretrix, vt Pindari interpres scribit. Sũt Procris
qui in Procride legẽdum putent, Procris enim Cephali vxor Minoa laborantem sanauit, vt scribit Hyginius, et pro eo beneficio canem ab accepit. Pasiphae. Victa ab Idea coniuge, superata a Plotide Cretensi. Ida enim mons est Cretę. Cessit, locum dedit ipsi Plotidi, potes etiam ad Cassandram referre, cuius amore captus Agamemnon, eam in Grȩciam adduxit, quare cõmota Clytemnestra maritum occidit, vt ante dictum est. Magis tamen placet intell



P. OVI. NASONIS DE REmedio Amoris. Liber Secundus.



HActenus inuidię respondimus, at trahe lora
Fortius, & gyro curre poeta tuo.
Ergo vbi concubitus, & opus iuuenile petetur,
Et prope promissę tempora noctis erunt,
Gaudia ne dominę, pleno si corpore sumes,
Te capiant, ineas quamlibet ante velim.
Quãlibet inuenias, in qua tua prima voluptas
Desinat, a prima proxima segnis erit.
Sustentata Venus gratissima, frigore Soles,
Sole iuuant vmbrę, grata fit vnda siti.
Et pudet, & dicam, Veneris quoque iũge figurã,
Qua minime iungi, quamque decere putes.
Nec labor efficere est, raro tibi vera fatentur,
Et nihil est, quod se dedecuisse putent.
Tunc etiam iubeo totas aperire fenestras,
Turpiaque admisso membra notare die.
At, simul ad metas venit finita voluptas,
Lassaque cum tota corpora mente iacent,
Dum piget, & nullam malles tetigisse puellã,
Tacturusque tibi non videare diu,
Tunc animo signa, quęcumque in corpore mẽda est,
Luminaque in vitiis illius vsque tene.
Forsitan hęc aliquis (nam sunt quoque) parua vocabit

gas in hoc versu de Idea filia regis Scytharum, quam restituta Cleopatra Boreę et Orithyię Phineus superduxit, vt Dionysius canit in Argonautico, vt sit sensus, Cleopatra cessit, quę prior in matrimonio Phinei fuit, cui postmodum expulsę noua coniux alia, Idea scilicet successit. Amphilochi frater ne Phyllida semper amaret, Calliope fecit parte recepta tori. Hęc duo carmina ita emenda, vt non Phyllida, sed Phegida et Callirhoen, nō Calliopem legas. Fabula talis est. Alcmeon filius vatis Amphiarai quęrebat purgari ob interfectam matrem Eriphylen, venitq; ad Phegeum patrem Alphesiboeę, cui dedit monile matrum pretiosum, cuius et maritus effectus est, profectus deinde ad Acheloum, filiam eius adamauit nomine Callirhoen, quę cum et ipsa monile illud posceret, redyt ad Alphesiboeam, sed illic a Themeno, et Axione Alphesiboeę fratribus interfectus est, sepultus in Acropoli Zacynthi, vbi cupressi sunt, quas virgineas appellant. Alphesiboea autem fratres in vltionem necati mariti interfecit, auctor Pausanias in septimo historiarum. Ouidius quoq; in octauo Metamorphoseon fabulam breuiter tangit. Amphilochi frater; Alcmeon filius Amphiarai et frater Amphilochi. Phegida, Alphesiboeam Phegei filiam. Oebalia pellice, Helena ex Lacedęmonia. Forma coniugis, forma Prognes. Odrysio tyranno, Tereo regi Daulidis oriūdo a Thracibus. Sororis clausę, Philomelę a Te-

Alcmeō

ręo ductę in stabula, ibiq; inclusę. Ouidius in sexto Metamorphoseon. Et iam cum lachrymis vbi sit Germana rogantem, includit, fassusq; nefas, et virginem, et vnam vi superat. Parcius e multis, minus dolet mater amisso ex multis filiys vno, q̄ quę vnum tantum habet et perdit. Vidit id Atrides, idem per exemplum Agamemnonis verum esse comprobat.

Chryseida, Chrysę filiam Astimonem. Senior pater, Chryses sacerdos Apollinis. Calchas ope tutus Achillis, cum Agamemnon raptā Chryseida nollet patri reddere, Apollo per nouem dies, totidemque noctes sagittas emittens, primum iumenta, deinde homines ita percussit, vt quotidie cateruatim in rogis defunctorum corpora cremarentur, quam rem cum Achilles ad senatum retulisset, placuit Calchantem augurem consuli, qui cum timeret diuinationem proloqui ppter Agamemnonem, iurauit ei Achilles se viuo neminem passurus iniuriosas manus afferre, ne ipsum quidē Agamemnonē principum, qui illic aderant, multo eminentissimus, quibus verbis tutus Calchas pestilentiā docuit posse sedari, si Chryseis patri redderetur, quo facto Agamemnon Briseida Achi[illegible] eripuit, vt i primo Iliados cecinit H[illegible]ne.

Calchas docuit pestilentiam posse sedari

Proxima [illegible] secūda a forma [illegible] seidis. Et si prima finat litteram si[illegible] non Chryseis dicerē. In mea [illegible], ordo est [illegible], vi Thersites ea[illegible] mea regna, hoc dicit in

Thersites

Sed, quę non prosunt singula, multa iuuāt.
Parua necat morsu spaciosum vipera taurum,
A cane non magno sępe tenetur aper.
Tu tantum numero pugna, pręceptaq; in vnū
Contrahe, de multis grandis aceruus erit.
Sed quia sunt totidem mores, totidemq; figurę,
Non sunt iudiciis omnia danda meis.
Quo tua non possunt offendi pectora facto,
Forsitan hoc alio iudice crimen erit.
Ille quod obscoenas in aperto corpore partes
Viderat, in cursu, qui fuit, hęsit amor.
Ille quod a Veneris rebus surgente puella
Vidit in immundo signa pudenda toro.
Luditis o si quos potuerunt ista mouere,
Afflarunt tepidę pectora vestra faces.
Attrahet ille puer contentos fortius arcus,
Saucia maiorem turba petetis opem.
Quid qui clam latuit reddēte obscęna puella?
Et vidit, quę mos ipse videre vetat?
Dij melius, q̄ nos moneamus talia quēquam,
Vt prosint, non sunt experienda tamen.
Hortor et, vt pariter binas habeatis amicas,
Fortior est, plures si quis habere potest.
Secta bipartito cum mens discurrit vtroq;,
Alterius vires subtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuātur flumina riuos,
Magnaq; subducto stipite flamma perit.
Non satis vna tenet ceratas anchora puppes,
Nec satis est liquidis vnicus hamus aquis.
Qui sibi iampridem solatia bina parauit,
Iampridem summa victor in arce fuit.
At tibi, qui fueras dominę male creditus vni,
Nūc saltem nouus est inueniendus amor.
Pasiphaes Minos in Procride perdidit ignes,
Cessit ab Idęa coniuge victa prior.
Amphilochi frater ne Phegida semp amaret,
Callirhoe fecit parte recepta tori.
Et Paris Oenonē summos tenuisset i annos,
Si non Oebalia pellice lęsa foret.
Coniugis Odrysio placuisset forma tyranno,
Sed melior clausę forma sororis erat.
Quid moror exemplis, quorū me turba fatigat?

socium meum constituam: foedissimum ac pessimum ac pessimum illum Thersitam quiut in secundo Iliados scribit Homerus) vir fuit loquacissimus, idem foedissimus omnium, qui ad Troiam nauigarunt, altero oculo Strabone, altero pede clando, angustissimis humeris, et ad pectus vsq; contractis, vertice acuminato, raro capillo, et eo impetigine arcto, huius meminit Iuuenalis dicens Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Aeacide similis. Et hanc habuit, Briseida accepit Solatia magna prioris, adepta Chryseide Agamenoni, postea solatio fuit Briseis. Prior cura, prior chryseidis amor. Noua, nouo amore Briseidis. In binio, i duabus puellis Artes nostras, libros de Arte Amandi. Media Aetna, medio estu amoris. Frigidior, segnis in eius amore. Abrumpere medias flammas, medium amorem, non quam primum, sed paulatim soluere. Positos furores, depositum amorem vehementem. Anceps, venator, qui aucupatur puellam. In laqueos suos, in suas insidias, quas puellę parauerat. Cum te languere videbit, cum se non esse ab amore desiderari et cessare, Nam cum puellę intelligunt se amari ab amantibus, tunc redduntur insolentiores, at negligentius, et tepidius amatę, superbiam ponunt. Hoc minus, quod sequitur. Te qz fallet amor, docet amatorem decipi posse ab amore, antequam dediscat amare, nisi amicę consilium celauerit. Quod

te contemnere possis, q te volente ab ea contemnaris. Legit etiam possit, vt sit, quod te ducas illi parem pulchritudine. Alij vero ita legunt, quod non contemnere possis, hoc est, quod non speres posse spernere ipsam puellam. Ferre gaudia ex facili, non difficile potes amoris iugum deponere et gaudere, vel hoc dicit, potes amicę gaudia facile ferre et amittere. Partes conciliantis, permittendo te etiam cum amica coire, id quod paulopost aptius docet. Ferro acuto, cultro acuto resecando vulnus immedicabile. Ouidius in Metamorphoseon. Sed immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Nec abi. po. nec potes longius discere ab amica. Desine luctassa pugnare cum amore. Referant tua carba. redeas ad amicam. Quaq; vocat suum amoris impatientiam, et vim fluctus appellat. E medio amne, rem habendo cum puella. Sed bibe plus etiam, explendum esse docet libidinis desyderium plusquam necesse sit. Tędia quęre mali, fac tibi amorem tedio esse. Mane, persevera in amore. Dum bene te cumulas, dum bene te exples amore. Fit qz lon. amor amorem quoque diu durare posse ostendit ex diffidentia, quam rem nimium tandem esse percepit. Quem diffidentia nutrit, qui nutrit zelotipia, quam Chrysippus dicebat esse aegritudinem, ex eo prouenientem quod adsit alteri, quod ipse non habeas. Pone metum, pone timorem, ne amica alium amet. Vt sua sit, ut amica solum se amet. Ope Machaonia, medica, Zelotipia

Successore nouo vincitur omnis amor.

Parcius e multis mater desyderat vnum,
 Quam, quę flens clamat, tu mihi solus eras.
Et, ne forte putes noua me tibi condere iura,
 (Atq; vtinam inuenti gloria nostra foret)
Vidit id Atrides, (qd enim non ille videret
 Cuius in arbitrio Gręcia tota fuit?)
Marte suo captam Chryseida victor amabat,
 At senior stulte flebat vbiq; pater.
Quid lachrymas odiose senex? bene contigit illi,
 Officio natam lędis inepte tuo.
Quam postq reddi Calchas ope tutus Achillis
 Iusserat, & patria est illa recepta domo,
Atrides, ait est illius proxima forma,
 Et, si prima sinat littera, nomen idem.
Hanc mihi (si sapiat) per se concedat Achilles,
 Sin minus, imperium sentiet ille meum.
Quod si qs vestrum factum hoc accusat Achiui,
 Est aliquid valida sceptra tenere manu.
Nam, si rex ego sum, nec mecum dormiat illa,
 In mea Thersites regna licebit eat.
Dixit, & hanc habuit solatia magna prioris,
 Et prior est cura cura repulsa noua.
Ergo assume nouas auctore Agamenone flam-
 Vt tuus in binio detineatur amor. (mas,
Quęris vbi inuenias, artes tu perlege nostras,
 Plena puellarum iam tibi nauis erit.
Quod, si quid pcepta valent mea, si qd Apollo
 Vtile mortales edocet ore meo,
Quamuis infelix media torreberis Aetna,
 Frigidior dominę fac videare tuę.
Et sanum simula, ne si quid forte dolebis,
 Sentiat, & ride, cum tibi flendus eris.
Non ego te iubeo medias abrumpere flammas,
 Non sunt imperii tam fera iussa mei
Quod non est, simula, positosq; imitare furores,
 Sic facies vere, quod meditatus eris.
Sępe ego ne biberem, volui dormire videri
 Dum videor somno lumina victa dedi.
Deceptum risi, qui se simulabat amare,
 In laqueos auceps decideratq; suos.
Intrat amor mentes vsu, dediscitur vsu,

